

130-6.

0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13

R/22918
Summi Pontificis
INNOCENTII
Tertij, de sacro alta
ris mysterio Libri sex,

EX FIDE VETUSTI
codicis correcti, & testimonij concilio-
rum, sanctorum patrum, atq;
D.Thomæ ornati.

Quæ testimonia hoc signo * notantur.

Christophori Conchensis



SALMANTICA,

Apud Ioannem à Canoua,

M. D. LXV.

Cum Privilegio.

Estatuido en dos reales y medio,

C. S. S. R.

R/22414
Summi Pontificis

INNOCENTII

Tertij, de sacro alta ris mysterio Libri sex,

EX FIDE VETUSTI
codicis correcti, & testimonij concilio-
rum, sanctorum patrum, atq;
D.Thoma ornati.

Quæ testimonia hoc signo * notantur.

Christophori Conchensis



SALMANTICE,

Apud Ioannem à Canoua,

M. D. LXV.

Cum Privilegio.

Estatuado en dos reales y medio,

C. S. R.

EL REY.


Or quanto por parte de vos Alexo Garcia librero vezino de la ciudad de Salamanca , nos ha sido hecha relation que vos teniades un libro intitulado Innuocacio tercio sobre los misterios de la misa compuesto por fray Iuan de la Peña catedratico de viésporas de theologia de la dicha ciudad , el qual era muy vtil y prouechoso , atento lo qual nos pedistes y suplicastes os diessemos licencia y facultad para lo imprimir y vender , e juntamente con la dicha licencia priuilegio para que por el tiempo que nuestra merced y voluntad fuese ninguna persona destos reynos le pudiesse imprimir ni vender so graues penas , o como la nuestra merced fuese . Lo qual visto por los del nuestro consejo , por quanto en el dicho libro se hizo la diligencia que la premitica por nos agora nuevamente hecha dispone , fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra cedula en la dicha razon , e yo tuve lo por bien . Por la qual damos licencia y facultad para q qualquier impressor destos nuestros reynos pueda imprimir e imprimia el dicho libro que de sufo se haze mencion sin que por ello caya ni incurra en pena alguna , y para que por tiempo de diez años primeros siguiétes , que corran y se cuente desde el dia de la data desta nuestra cedula en adelante vos , o la persona que vuestro poder ouiere , podays imprimir y vender el dicho libro , y mandamos que persona ninguna sin vuestra licencia durante el dicho tiempo de los dichos diez años le pueda imprimir ni vender so pena de perder todos los libros que del ouiere imprimido , y mas veinte mill maravedis para la nuestra camara , y mandamos que despues de impresso no se pueda vender , ni venda sin que primero se tráyga al consejo juntamente con el original que enel fue visto , que va firmado y rubricado al fin del Domingo de caualia nuestro escrivano de camara de los que residen en nuestro consejo : para que se vea si la dicha impresion esta conforme al original

ginal , y se tasse el precio porque se ouiere de vender cada volumen : so pena de caer e incurrir en la penas contenidas en la dicha premitica y leyes de nuestros Reynos . Y mandamos a los del nuestro consejo presidente y oydores de las nuestras audiencias , alcaldes , alguaziles de la nra casa y corte y chancillerias , y a todos los corregidores , asistentes , gobernadores , alcaldes y otros jueces e justicias qualquier de todas las ciudades villas y lugares de los nuestros Reynos y señorios , y a cada uno y qualquier dellos asi a los que agora son como a los que seran de aqui adelante , que vos guarden y cumplan esta nuestra cedula y merced que asi vos hazemos : y que contra el tenor y forma della no vayan ni passen ni consientan yr ni passar por alguna manera , so pena de la nuestra merced y de cincuenta mill maravedis para la nuestra camara . Fecha en Barcelona a ocho dias del mes de Hebrero de mill y quinientos y sesenta y cuatro años .

Yo el Rey .

Por mandado de su Magestad
Francisco de Eraso .

EN la villa de Madrid a diez y siete dias del mes de Março de mill y quinientos y sesenta y cuatro ; visto por los señores del consejo de su Magestad esta cedula , y lo que por ella su Magestad manda ; y el libro de que enciela se haze mencion , y el pedimiento hecho por parte del dicho Alexo Garcia librero : para que fuese tassado el dicho libro , conforme a la dicha cedula tassaron el precio de cada cuerpo del dicho libro por enquadernar a dos reales y medio y no mas , y mandaron que esta cedula y tassacion y dos fojas que van en el dicho libro al fin del firmadas del licenciado Mercado corrector de los dichos libros , vayan inser tas en cada libro que asi se imprimiere . En fee de lo qual lo firme de mi nombre

Domingo de caualia

A 2 Per

L I C E N C I A.

PO R mandado del consejo real de su Magestad, vi
estos seys libros del Papa Innocencio que tienē por
titulo de Sacro altaris mysterio. Los quales en si tienen
muchā erudició y catholica doctrina , y las addiciones
de mano cotegi con el exemplar correcto de Colonia
d: 1552. y estan fielmente sacadas. Digo que se puede im
primir sin escrupulo , y conuiene se imprima . En Sant
Martin. 6. de Octubre. 1563.

Fray Rodrigo de Vadillo.

NO S el Licenciado dō Luys de Alcocer Prior y
Canonigo en la sancta yglesia cathedral de Sa
lamáca, gouernador general en todo el Obispado de Salamáca , por el Illustrissimo y Reuerē
dissimo señor don Pero Gonçalez de Mendo
ça, Obispo de la dicha ciudad del consejo de la real Mage
stad,&c. Damos licencia para que vos Alexo Garcia libe
ro vezino de Salamanca , o aquien vuestro poder ouiere,
podades imprimir e imprimays este libro de suso escripto,
con las eunyendas y partes que estan enel puestas por el re
uerendo padre fray Juan de la Peña, frayre del monesterio
de Santistevan desta ciudad, y cathedralico de Vísperas en
Theologia , el qual por el esta visto y examinado : por lo
qual vos damos licēcia, sin q incurrays en pena alguna. Fe
cho en Salamanca, a diez y siete de Agosto, de. 1563. Años.

El Licenciado Alcocer Prior.

Por mandado del dicho señor gouernador.

Iuan Baptista Polanco.

S E R E N I S-
simo Principi ac Do
mino D. Ferdinando Regi Roma
norum Vngariæq; ac Bohemiæ, &c. Archidu
ci Austriae, Infantii Hispaniæ, Duci Burgun
dia, &c. domino suo clementissi
mo Ioannes Cochleus.
S. P. D.



Nuictissime princeps, Rex glo
riosissime, ac Domine clementis
sime, pietas tua & immobilis in fi
de catholica contra quilibet hæ
refum nouitates animi constatia
atq; etiam paterna& auita in eru
ditos ac studiosos homines liberalitas publicè
omnibus nota & confessa , Regia insuper erga
paruitatem meam (licet indignam & immer
tam) munificētia, jam pridē incitauerūt animū
meum, vt egregio aliquo ad posteros mōnumē
to meritis virtutibusq; tuis testimoniū post me
relinquerē. Non defuit quidē bona volūtas, nec
tepidā intra me fuit cordis affectio , benefacto
rumq; memoria, & animi gratitudo. Verū inge
nioli mei vires mecū perpendens ac remetiens,
cōperi eas longè inferiores, q; vt tanto Principi
aliquid ex proprijs lucubrationibus dignē offer
re queā. Nunc verò quādo Lutherus iā olim pu
blicē terq; quaterq; dānatūs hæreticus, nouo

E P I S T O L A.

libro summa cū impieitate sacratissima religiosis mysteria ad rudē populū germanicē traducere, irridere, calūnari ac detestari apostatica perfidia nō veretur, excutit mihi sua improbitate verecundiā, vt ausim tandem vrgente necessitate obuiandi tam graui scandalō, contra tam impias & falsas illius insanias, Maiestati tuę sup pliciter offerre, & in publicum exhibere insigne ac eruditum quoddā opusculum Innocētij Pape Tertij, quod ante CCC. annos ab eo scriptū, & mihi nuper à R. D. Epo Misnēsi, Dño & patrono meo benignissimo cōmodato datū, mālē renouatos hoc tépore veterū Albigeniū, Piegħardorū, Albanensiū, Dulciniistarum: Vvaledensiū, Vviclephistarum, Taboritarū, & id genū saliarū barbaricē fēcis pestiū errores, plano quidē dicēdī stylo, sed plena ex scripturis sacris eruditione & acutis rationibus cōfutat. Nō arbitror mihi ad maiestatē tuā scribenti vel deco rū vel necessariū fore, exquisitis declarare argumētis, quāto iustius securiusq; credendū sit tam pio ac erudito Pōtifici, quā desperato & in repro bū sensum dato apostatae, cuius amarulentia, fu ror, inconstancia, fastus animi, & excæcatæ mētis malitia, iam pridem vario rerū tractatūq; experimento Maiestati tuę probe cognita sunt. Nec dignum existimo aut rationabile, vt tā insanus, infamis & impius Diaboli satelles vlla ex parte vel doctrinæ vel virtutis cum, tāto Pontifice conferatur, aut in cōparationē vlliam admittatur, cum in eo nemica quidem vlliis virtutis aut sanæ doctrinæ amplius sit reliqua. Operæ pretiū

E P I S T O L A.

preium tamen fuerit paucis commemorare ad profectum & ædificationē lectoris qualis quan tusq; fuerit Pontifex iste.

Etenim cum esset generē nobilis, ex illustris Vita Innomilia Comitum Anagniæ orūndus ac prognas centij. tus, literarum studio vitaq; probitate longe nobilior illustriorq; factus, Celestino Papa Tertio in numerum Cardinaliū ascitus est, dictus proprio nomine Lotharius, factusque ita Cardinalis, scripsit opusculum de miseria cōditionis humanae, sapientissimum in hoc imitatus Ecclesia sten, vt mentes hominum à superbia & à vanis tatis huius mundi deterret, atq; futura dili gentius consideranda pelliceret. Mortuo autē Celestino hiclicet inter Cardinales iunior es set, mox omnium consensu in demortui locum suscectus est. Factus ergo Papa, viuax & versatilis ingeniuū sic ad omnia vtriusq; vite, acti uæ inquā & contemplatiuæ, munia interdit, vt quocunq; verteret illud, quam maximē valeret perinde ac si illi vni rei fuerit intentus.

Quantū ergo ad bella attinet, à quib⁹ tépora sui Potificatus quam turbulētissima fuerunt, tā longe lateq; animi curas extēdit, vt nihil aliud prater bellorum negotia curasse videri queat. Quantū enim laborū sumptuūq; impendibeli Asiatico, pro recuperāda terras anēta? Quantum pro pellendo ex Hispaniā maximo Saracenos norū exercitu, qui duce Hilmilino ex Africā traicerat, atq; omnem Hispaniam perugatus incendijs populationibusq; ac cædibus Arelatū vsq; & Auenionē peruererat? Nec modicum cu

EPISTOLA.

rae & laboris impeditus tuendo Siciliæ regno, quod Henricus sextus Imperator eius fidei cōmiserat moriturus, ut Friderico secundo adhuc puerō filio suo Pontificis ope & autoritate conseruare. Anno. M. tur. CC. Quantum verò molestiarū pertulerit idem iste Pontifex in diutinis Germanorum bellis, dum schismate in Imperio exorto, pars Philip- sum Hērici Imperatoris fratrem Ducē Sueviæ & Hetruriæ, pars Othonem Quartum Saxoniam Ducem in Regem Germaniæ & Romanorum Imperatorem elegisset, longum esset referre, ex tā in decretalibus eius epistolis ea de re capitulū bene lögum, sub titulo De electione & elec- tione potestate, cui initium est, Venerabilem. Interē pto autē Philippo, ipse Otho quem Papa foue- rat ac prætulerat, beneficiorū immemor, nō le- ues & Patrimonio Sancti Petri & regno Siciliæ vexationes intulit. Vnde nouū in Imperio schis- ma enatum fuit. Excommunicato enim Othonē & Imperij dignitate priuato, pars principum elegit Fridericū secundum adhuc adolescen- tem, qui in Germaniā profectus multum bellos- rum contra Othonē gessit, donec eo deuictō & mortuo solus imperaret. Deniq; cū lōga & gra- via fauissent inter reges Franciæ & Angliæ bella, Papa iste restituta inter eos pace, sic Anglo eo merito sibi deuinxit, vt ei quotannis ex Anglia & Hibernia veſigal penderetur. Et tamen inte rim in ipsa quoq; Italia varijs bellorū motibus angebatur eius animus, dum Veneti cōtra Dal- matas, Pisani contra Genuenses, & Cisalpinæ Galliæ ciuitates inter se se configerent ac bellis gerarētur,

EPISTOLA.

gerarentur. Quæ igitur mentis trāquillitas pro literarū studio sanctisq; contemplationibus in tantis bellorū tumultibus terroribusq; reliqua esse potuisset, nisi excelsus eius animus spei suæ anchoram in Deo firmiter & vnicē figens, cun- cū terrena prospera & aduersa æquanimiter ta- lisset? Quid dicam de perpetuo Ecclesiastici fori strepitu, & inquietis cauſarum fluctibus, ac infi- nitis ex vniuerso orbe allatis dubitantium Epi- scoporum quæſtionib; quibus pia mens eius quotidie in tam diuersas curas distrahebatur, vt verissimè dicere potuerit cum Apostolo: In labore & æratura, in vigilijs multis, præter illa quæ extrinsecus sunt, i[n]ſtatiā mea quotidiana, solicitude omnium Ecclesiarum. Quoties enim scripsit in prolixis epistolis decretalibus, de rebus magnis & difficultibus interrogatus, Consul- tationi tua taliter respondemus? Certe quisquis Iuris Canonici quinq; libros Decretalium vel semel perlegerit, facile comperiet plura ibi esse rescripta vnius huius Innocētij, quām omnium aliorum Pontificum in vnum. Et ea quidē tam caute, docte ac luculenter posita, vt omnium lu- risconsultorum iudicio nihil possit discerni vel iuri & æquitati conformius, vel recte rationi & honestati magis consentaneum. Quod si addas ad hæc omnia latissimæ administrationis curas quas necessario impedit, & gubernandæ vrbi Romæ & dispensando Sancti Petri patrimonio totq; regēdis populis & prouincijs sedi Aposto- licæ subiectis, haud immerito satis fuisse grauas- tus vel solis ijs occupationibus videretur. Adde

E P I S T O L A.

insuper curas & impensas ædificationum, quantas nimis rum hodie vix vllus Pontificum periferre posset. Ipse enim hospitale sancti spiritus non adeò longe à Basilica Sancti Petri in Saxia (ut ait Blondus) à fundameti extruxit, tantisq; prouentibus in perpetuum adauxit, vnde alantur peregrini, egroti, ac vulgo cõcepti orphani, vt adhuc hodie tam opulétum ac bene institutum, omnibusq; necessarijs ad ægrotantium curam instruētum Xenodochiū aut Nosocomiū nō facile in toto orbe terrarū reperias. Ipse altissimā erexit pro familia sua munitionē, quæ in præsentē vsq; diem Turris Comitū appellatur in Vrbe. Ipse a tare Basilicæ Sancti Petri opere vermiculato in signiter exornauit, id quod eius imago & litere in fornice ipso scriptæ adhuc hodie testantur. Ipse beati Sixti ecclesiam in Auentino vetusta te collapsam magnifice restituit. Ipse vniuersis Romanæ vrbis ecclesijs libram argenti singulis dedit, vnde calices sacrificandi gratia conficeretur. Ipse deniq; in pauperes ciues: qui honestè domi viuētes, in publico mendicare aut stipem accipere erubescerāt, largas in occulto eleemosynas fecit. Cumq; Tyberis inundatione multis maxima illata fuissent damna, ipse pius pater pauperem larga manu illis subueniens die & frumentum in panes & pecuniam in reparations domorū. Fuit igitur & in eiusmodi cauis & operibus pietatis quam maximè occupatus & sollicitus. Accessit & alia sollicitudo nec leuis nec breuis, vt pote labor in extirpandis heresis. Eius namq; auspicij damnati sunt. non minatim,

E P I S T O L A.

minatim, errores, tum Almerici Episcopi Parisijs, tum loachim Abbatis in Calabria. Et generaliter contra omnes herefes maximum indixit & Romæ celebravit Concilium Lateranense, in quo sanè ipso met præsidente personaliter ad fuerunt. II. Patriarchæ: Constantinopolitanus & Hierosolymitanus. Archiepiscopi. L X. Episcopi. CCCC. Abbates duodecim. Piores conuentuales. DCCC. Duorum Imperatorum Romanorum scilicet & Constantinopolitanus legati, ac Regis Hierusalem, Franciæ, Hispaniæ, Angliae, &c. Oratores: Cuius sanè Concilij constitutions aliquot passim recitantur in libris Decretilium. Aliud quoq; præsidium ecclesiæ contra hæreticorum machinationes feliciter instituit, sanctos inquam ordines religiose conuersationis fratrum mendicantium, in quibus viri plurimi vita & eruditione probati & populū recte doce rent, & hæreticoru peruersitatibus resisterent. Ipse enim sanctissimos viros, Dominicū Calaguritanū ex Hispania, & Franciscū Assisiatem ex Umbria Italique prouincia ad se Romā venientes in sancto proposito confirmauit. Ipsius auspicij alij quoque instituti sunt ordines, vti fratres Sancti Augustini Eremitæ, fratres Sanctæ Mariæ Carmelitæ, fratres Crucigeri, fratres Guilielmitæ, quorum ordines sub hoc Pontifice aut a novo instituti, aut in melius restituti sunt. Vnde ait Sabellicus præclarus nostris temporibus historiarum scriptor, in sexto Nonæ Enneadis libro: Prudentia euenit (vt credere æquū est) non causa, quod Innocentio Tertio sedente multum sit innocens.

EPISTOLA.

innocentiae virtus illustrata multa: multum & religio innocentiae mater. Nam & Carmelitana religio per id tempus vel orta est, vel tum desum in lucem ædita. Et duo Christianæ pietatis lumina terris affulsi: re, quibus multo maxima parte orthodoxa crevit fides, autores incrementi huius, Dominicus & Franciscus. Hi equales tempore, sanctitate clari, & uterque alterum vidit. Hæc ille. Constat igitur hunc Innocentium admodum insignem fuisse virtutibus Pontificis, labore strenuum, curis peruigilem, consultationibus cautum, iuris prudentia instrutum, rerum administratione amplum, opibus florentem, honore præcipuum, dignitate maximam, sacrarum literarum cognitione eminentem, pietatis operibus præfulgentem, vt non immerito decantari posuit de eo ecclesiasticum illud responsum: Iustum deduxit dominus per vias rectas, & cetera. Cumq; tantus esset vir iste & coram Deo & coram hominibus, ipse tamen egregia humilitate parvulus erat in oculis suis, ut inscripta eius vbiq; indicant, maximè vero Prologus & Conclusio huius de Missa tractatur. Cum igitur vir iste dicat aperte, quod in ter omnia sacramenta constet illud esse præciatum quod in officio Missæ supra mensam altaris sacratissimè celebratur, idque sex libris pulcherrime declarat, nullus profectò vir modestis compos iudicare poterit minus credendum esse huic tanto Pontifici, quam Luthero apostata, qui vt omnium virtutum osor, & omnium carnis voluptatum impurus assertor est, ita nihil

EPISTOLA.

hils sapit eorum quæ sunt spiritus Dei. Proinde nihil ei credendum est in ijs quæ contra Ecclesiam deblaterat, quum ex professo nunc tandem scribat & ingenuæ fateatur à diabolo sibi suggesta esse illa, quæ contra Missam nuper effutuit argumenta. Hos itaq; Innocentij libros Serenissimæ Rex. M. T. supplici voto à mente nuncupatos, serena obsecro fronte ac placido vultu suscipe, propter Missæ assertionem & veritatis patrocinium, è situ vetustatis in lucem restitutos. Quòd si Deus alia quoque huius Pontificis opuscula & sermonum eius volumina in manus meas dederit, sub nullius profecto potius quam sub T. M. auspicijs in orbem diuulgabuntur. Quis enim regum, principum, &c. aut liberalius fouet studiosos, aut clementius alloquitur eruditos? Quis magnatum promptius aut eleganter in offensio perpetua oratione sermone loquitur latine? Quis in consultationibus aut rectum iudicium deprehendit acutius, aut cōsiliariorum vota recitat memoriter ex tempore atq; expendit exactius? Vno Cesar. August. Carolo. V. fratre tuo germano potentia minor es, vnu in cæteris bonis illi par. Neemo in territe nobilitate aut stēmate superat, nullus principum te maiorum claritate vincit, nullus ingenij acrimonia proætate æquat, nullus laborum tolerantior, nullus in periculis præsentior animo, nullus coniugij fide integrior, nullus coniugis fecunditate felicior, nullus in liberorum educatione diligentior, nullus iustitia studiosior. Breuiter nullus mortalium optimis

I N N O C E N T I I . P P.

mis quibusque ornamentis & virtutibus, que
bonum regem aut principem decent, te vno
per Dei gratiam & benignitatem ornatior, au-
grior, aut cumulatior exigit. Deus optimus ma-
ximus rex regum, & dominus dominantium,
haec virtutum tuarum bona tibi perpetuo cum
incremento feliciter conseruet, atq; etiam in li-
beros tuos prosperiori successu transfundat. Be-
ne vale. S. domine rex opti, ac clem. princeps.

Dresdæ ad Albim, sexto Calendas

Martij. Anno domini.

M.D,XXXIII.

TRACTATVS

De sacro altaris My-

sterio , conditus à demis-
no Innocentio Pa-
pa tertio.



RIA sunt, in quibus præci Lex diuina
pue diuina lex consistit: māna in trib⁹
data, promissa, & sacramētū consistit.
In mādatiſ, eſt meritum,
in promiſſis eſt p̄mīn, in
ſacramētis eſt adiutoriū.
Sacramētis enim ad vtrūq;
iuamur, ad exequendum
mandatum, & ad obtinendum promiſſum. Veſtī D. Th. 39
rūm inter omnia ſacramenta, illud conſtat eſſe p. q. 65. ar-
præcipuum, quod in officio missæ ſupra men- tic. 3.
ſam altaris lacratissimē celebratur: illud eccl. Luc. 15.
ſe repræſentans conuiuium, in quo filio reuer- Ioa. 6.
tentī pater occidit vitulum ſaginatum, panem Prover. 3.
vitæ proponens, & vinum quod miſcuit sapien-
tia. Hoc autē officiū ipſe Chriſtus iuſtituit, cum * D. Th. 3.
hāredibus ſuis nouū cōdidiſ teſtamentū, diſpo- p. q. 73. 21. 5
nens eis regnū, ſicut pater ſuus ſibi diſpoſit, ut iuſtitio
ſuper mēſam eius edant & bibant in regno ſuo Mifce.
quod ecclēſia conſecrauit. Cōenantibus enim il. Luc. 22.
lis accepit Ieſus panem, & gratias agens, bene- Matt. 26.



Marc. 14. nedixit, ac fregit, deditq; discipulis suis dicens.
 Luc. 22. Accipite & comedite, hoc est corp^o meū quod
 pro vobis tradetur, hoc facite in meam commē
 Missa ab morationem. Hac igitur institutione formati
 apostolis cœperunt apostoli sacroſanctum mysterium fre
 celerata. quētare, eam, quam Christus expreſſerat, & for
 manſeruantes in verbis, & materiam tenentes
 in rebus. Sicut Apostol^o Corinthijs protestatur.
I. Cor. II. Ego (inquit) accepi à domino, quod & tradidi
 vobis: quoniam dominus Iesu in qua nocte tra
 debatur, accepit panem, & benedixit, & cœt.
S. Petrus. Primus ergo beatus Petrus Apostolus Missam
 Antiochiae dicitur celebasse, in qua tres tantū
 orationes in primordio naſcentis ecclesiae dice
 bantur. Cetera verò diuersis temporibus, & à
 diuersis personis leguntur adiecta, prout Chri
 stianæ religionis cul'tu crescente, viſa sunt de
 centius conuenire. Hoc enim officium tam pro
 uida reperitur ordinatione esse dispoſitum, vt
 Optimèdi quæ per Christū gesta sunt & in Christū, ex ma
 ſpōſitūmis gna parte contineat, ex quo Christus de cœlo
 ſe officiū descendit, viſque dum ascendit in cœlum: & ea
 * D. Th. 3. tam verbis quām signis admirabili quadam ſpe
 p. q. 83. ars cie repræſenter. Ipsiſum autem officium conſiſtit
 tic. 4. in quatuor, in personis, operibus, verbis, & re
 Missa cōſi bus. Tres enim ſunt ordines personarum, cele
 ſtit in qua brantes, ministrantes, & circumſtantes. Tres ope
 tuor. rum ſpecies, geſtus, actus, & motus. Tres diuers
 ſtrates verborum, orationes, modulationes, le
 Oñia que ſtiones. Tres rerū materies, ornamenti, instru
 in miſla menta, & elementa. Hæc omnia diuinis ſunt ple
 fiunt my: na myſterijs, ac ſingula cœleſti dulcedine redū
 dantia

dantia. Si tamen diligentem habeant inspeſtoſ: ſterijs plena
 rem, qui noriſ ſugere mel de petra: oleumq; de naſſunt.
 faxo durifimo. Quis autem nouit ordinem cœ Deut. 32.
 li, & ponit rationes eius in terra? puteus enim Iob. 38.
 altus eſt, & in quo hauriam aquam vas non ha: loan. 4.
 beo, niſi porrigatille qui dat omnibus affluen: Iaco. 1.
 ter, & non impropreat: vt inter medium mon: Psal. 103.
 tium tranſeuntem hauriam aquam, in gaudio Eſai. 11.
 de fontibus Saluatoris. Pulsans ergo pulsabo, ſi Inuoca:
 forte clavis David aperire dignetur, vt introductio.
 cat me rex in cellam vinariam, in qua mihi ſu: Apoc. 3.
 pernum demōſtret exemplar, quod Moysi fuit Cantic. 1.
 in monte monstratum, quatenus sacroſanctum Exod. 25.
 altaris officium eo valeam reuelante differere, S. p. 10.
 qui linguaſ inſentium facit eſſe diſertas, cuius Ioan. 3.
 ſpiritus vbi vult ſpirat, diuidens ſingulis prout 1. Cor. 12.
 vult: ad laudem & gloriā trinitatis, ad profe:
 ſtum & utilitatē legentium, ad meorum veniā
 & indulgentiam peccatorum. Si quid ergo di: Humilis
 gnum in hoc reperietur opuſculo, diuinæ gra: & pia pro
 triæ penitus aſcribatur, Nam omne datum o: testatio.
 ptimum, & omne donum perſectum; defiſum Iacob. 1.
 eſt deſcendens à patre lumen, ſi quid indi
 gnūm, iſufficientiæ deputetur humanae, nam
 corpus quod corrumpitur aggrauat animam,
 & deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa
 cogitantem. Conſuetudinem autem apostoli: Sap. 9.
 cœ ſedis, non illam quam olim legi: ur habuiffe,
 ſed eam quam nunc habere diuſeſit, profe:
 quendam dispoſui, quæ diſponente domi:
 no, ceterarum ecclesiārum ma
 ter est & magistra.

C A P I T V L A .

- 1 De sex ordinibus clericorum, quos Romanus pontifex habet secum in missa, ubi senarium mystrium explicatur.
- 2 De primicerijs & cantoribus, ubi conyicitur, quare primicerius in ecclesia medius inter cantores existit.
- 3 De acolytis, ubi quod sit eorum ministerium, & unde processerit assignatur.
- 4 De subdiaconibus, ubi traditur quod ipsi legem continentia debent obseruare.
- 5 De diaconibus, ubi traditur quid eorum spectet officium, unde levitatis ordo tam in novo quam in veteri testamento processerit, quare diaconi supra sinistrum humerum fert orarium, & quare diaconi cardinales semper ducunt Papam Romanum Pontificem.
- 6 De maioribus & minoribus sacerdotibus, quorum differentia tam in novo quam in veteri legitur testamento.
- 7 De significatione nostrum episcopi & presbyteri.
- 8 De primatu Romani pontificis, ubi patenter ostenditur, quod Christus & ante passionem, & circa passionem, & post passionem, Petro commisit ecclesia principatum.

- 9 De convenientia & differentia potestatu inter episcopes & presbyteros, ubi forma sacerdotalis ordinantis exprimitur, & ostenditur qualis debet esse sacerdos.
- 10 De communibus & specialibus indumentis pontificis & sacerdotum, ubi etiam qualia fuerint ostenditur, & numeri mysterium assignatur.
- 11 De legalibus indumentis secundum Historiam, ubi quo & qualia fuerint explicatur, ponuntur etia diversa nomina secundum diuersitates lungenarum.
- 12 De typolegaliū indumentorū secundū allegoriā.
- 13 De vestimentis legalibus secundum tropologią, ubi agitur de femoralibus.
- 14 De linea.
- 15 De Zona.
- 16 De tunica.
- 17 De malo granatis & tintinnabulis aureis.
- 18 De superhumerali.
- 19 De duabus oris.
- 20 De duabus onychinis.
- 21 De duodecim nomimibus filiorum Israël.
- 22 De duabus catenulis.
- 23 De duabus vucinis.
- 24 De rationali.
- 25 De quadratura rationalis & duplicitate.
- 26 De quatuor ordinibus lapidum.

C A P . L I B . I .

- 27 De duodecim lapidibus.
- 28 De cydari.
- 29 De lamina aurea.
- 30 De nomine domini Tetragrammaton.
- 31 De varietate operis.
- 32 De quatuor coloribus, purpura,occo,byfso, hyacintho.
- 33 De vestibus euangelici sacerdotis.
- 34 De pontificalibus indumentis secundum quod Christo conueniuntur, ubi agitur de caligis, sandalys, de ligulis quoque, quibus sandalia pedibus colligantur.
- 35 De amictu, ubi redditur ratio, cur idem in Christo per calceamentum pedis & per amictum capitum designatur.
- 36 De alba.
- 37 De cingulo & succinctorio.
- 38 De stola.
- 39 De tunica.
- 40 De dalmatica.
- 41 De chirothecis.
- 42 De planeta, ubi agitur de anteriori & posteriore parte planetæ.
- 43 De manipulo.
- 44 De mitra.
- 45 De baculo.
- 46 De annulo.

C A P . L I B . I : 4

- 47 De quinque psalmis dicendis dum pontifex preparatur.
- 48 Item de pontificalibus indumentis secundum quod membris conueniuntur, ubi agitur de caligis & sandalys, ubi quoque firma sandaliorum exponitur.
- 49 De ablutione manuum.
- 50 De amictu, ubi agitur de duobus vasculis, quibus amictus ante pectus ligatur.
- 51 Quare Romanus pontifex post Albam orationem, post orale crucem assumat.
- 52 De Alba.
- 53 De stola.
- 54 De tunica.
- 55 De dalmatica.
- 56 De chirothecis.
- 57 De planeta.
- 58 De manipulo.
- 59 De mitra.
- 60 De Annulo.
- 61 De Baculo, ubi traditur, quare summus Pontifex pastorali virginis non vtitur.
- 62 De pallio, ubi materia & forma secundum mysticum exponuntur.
- 63 De Armatura virtutum.
- 64 De quatuor coloribus principalibus, quibus secundum proprietates dierum vestes sunt distinguendæ.

L I B E R P R I M V S.
De sex ordinibus Cle-
ricorum.

C A P V T P R I M V M.



*D.Th.3.
p.q 83.art.
5.ad.12.

Vnum Apostolicæ sedis Antistes
celebriter agit misiarum solen-
nia, sex habet secum ordines cle-
ricorum, id est, episcopes, pres-
byteros, diacones, subdiacones,
acolytos, & cantores, ipso nume-

ri sacramento perfectionem huius officij mani-
festans. Senarius enim numerus est perfectus, eo
numerus quod redditur ex suis partibus aggregatis. Una
perfectus de sexto die perfecit Deus cœlum & terram, &
est. omnem ornatum eorum, & quem in plenitudi-
ne temporis sexta venisse ætate, sexta quoque
die, sub hora sexta, genus redemit humanum.

Gene.1. Sed & sex ordines ministrorum legimus in ve-
Galat.4. teri testamento, Pontifices, Sacerdotes, Leui-
Sex ordi- stroras, Nathinneos, Ianitores, & Psaltes, quos ex
nes mini- maiori parte distinxit Artaxerxes in epistola
strorū ve- quam Esdræ scribæ dixerit. Notum (inquit) fa-
teris testa- cimus de vniuersis sacerdotibus, Leuitis, Can-
menti. toribus, & Ianitoribus, Nathinneis, ministris
1.Esdr.8. domus Dei, vt eis vestigial & tributum & anno
na nullatenus imponatur.

¶ De primicerijs, & cantoribus.

C A P V T . II.

Institutio Cälicorū **D**avid prophetarum eximius, volens cul-
tum Dei solennius ampliare, cantores insti-
tuit

tuit, qui coram arca federis domini musicis in: per David
strumentis & modulatis vocibus decantaret, in-
ter quos præcipui fuerunt Heman, cuius vicem
nunc in ecclesia obtinet primicerius, qui canto-
ribus est prælatus, unde legitur in Paralipome: i. Par.6.
non, isti sunt quos constituit David super canto-
res domus Domini, stantes iuxta ordinem suū
in ministerio, de filijs Caath, Heman cantor fi: Herman.
lius loel, & à dextris eius Asaph filius Barachie, Asaph.
ad sinistram autem Ethan filius Chusi. Debeter Ethan.
go cantores consonis vocibus & suavi modula-
tione concinere, quatenus animos audientium
ad deuotionem Dei valeant excitare.

¶ De acolytis, quod sit eorum ministerium. *Demune
C A P V T . III. rib° cuius

A Colytiverò, qui latinè Ceroferarij nuncu: que erdi-
mantur, ab Aaron & filijs eius ministerij su nis. + sent.
mere possunt exemplum. Scriptum est enim in d.14.
Exodo. Præcipe filijs Aaron, vt offerant oleum Exod.27.
de arboribus oliuarum purissimum, piloq; con-
tussum, vt ardeat lucerna semper in tabernaculo
testimonij, & collocabūt eam Aarō & fili ejus,
& vsq; mane luceat coram domino. Quod ergo
tunc sacerdotes agebant, hcc nūc acolyti faciūt
in ministerio lucernarum. Multa quippe non so Multa per-
lū in nouo, sed & in veteri testamento legi Moy tempus su
si superaddita legimus & mutata. Vnde David per addita
in libro Paralipomenon dixisse narratur. Non aut ita ut
erit officij Leuitarum, vt ultra portent taberna ta sunt.
culum, & omnia vasa eius ad ministrandum. Aco: 1. Par.23.
lyticæreos ferunt accensos, dum legitur Euani-
gelium.

B 5 gelium.

gelium. Non ut tenebras aëris illuminent, sed ut proximis opera lucis ostendat. Hoc officium dominus testatur se habere, cum dicit Ego sum lux mundi. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitae.

De subdiaconibus. C A P. I I I.

SVBDIACONES NATHINNEORUM vitam in ecclesia representant. De quibus in Esdra legitur, quod David dederat Nathinneos ad ministeria Leuitarum. Vnde græce dicuntur, hypodiaco-nes, ex quorum ordine fuit ille Nathanael, quem dominus in Evangelio commendauit. Ecce verē Israēlita, in quo dolus non est. Nathinnei vero dicuntur, i.e. in humilitate domino seruientes.

De quibus recte patribus placuit, vt qui sacra mysteria contractant, legem cœtinentiae debeat obseruare. Sicut scriptum est in propheta, Mundi domini qui fertis vas domini. Horum officio dominus ut dignatus est, quando facta cum discipulis cena, mittens aquam in peluum, lauit pedes discipulorum, & linteo quo erat præcinctus, extersit.

De diaconibus. C A P V T. V.

ORDO diaconorum à tribu Leui sumpsit ordinum. Vnde dominus ad Moysen locutus est, dicens: Applica tribum Leui, & fac stare in conspectu Aaron sacerdotis, ut ministrarent ei & excubent, & obseruent quicquid ad cultum pertinet multitudinis coram tabernaculo testimoniij, & custodiant vasa tabernaculi in ministerio seruientes. A vigintiquinq; annis & supra, iussi sunt in tabernaculo seruire, tāquam ad one-

Nume. 3.
Leuitæ.

ra portanda robusti, qui possint arcum fœderis, mensam propositionis, & vasa tabernaculi deportare. Quod, & in nouo testamento recolitur, Diacones. quum diaconibus supra sinistrum humerum stola imponitur. Et in diebus ieunij supra eundem humerum casula complicatur. Quia quicquid laboris in hac vita suffferimus, tanquam in sinistra portamus, donec à sinistra transeamus in dexteram, in qua requiem habeamus. Hinc etiā Diaconi Cardinales mensam Lateranensis altaris supra humeros suos in die cœnæ deportant, & reportant in sabbato. Semper ipsis summum pontificem velut arcum fœderis Leuitæ portantes. Cę Vii. Diaconum in nouo testamento sumpsit initium ab ii. apostolis, qui septem viros boni testimonij, plenos spiritu sancto, diacones elegerunt, oratione praemissa, per impositionem manuum ordinantes. Hi sunt in Apocalypsi septem angeli tuba Apoca. 8. canentes. Hi septem candelabra aurea, hi voces tonitruorum, qui pacem annunciant, prædicant Euangelium, mensam componunt, offerunt Eucharistiam & cætera. Quæ licet humiliter, tam excellenter ad eorum spectant ministeriū. Hoc officium Christus exercuit, quando post Matth. 26 cœnam sacramenta confecta proprijs manibus Lucæ. 22. dispensauit, & cum dormientes excitauit apostolos ad orandum, Vigilate, inquit, & orate, ut non intretis in tentationem.

De minoribus & maioribus sacerdotibus.

C A P V T. V I.

SACERDOTALIS ordinis institutio à veteri lege Exod. 28. sumpsit originē, secundū quod legitur dominus

INNOCENTII. PP.

- nus Moysi præcepisse. Applica, inquit, Aarō frā
trem tuum ad te cum suis filiis, de medio filiorū
Israēl, ut sacerdotio fungantur mihi. Verunta-
men ante legem sacerdotes fuisse leguntur. Vn-
Ganef. 1. de Melchisedech sacerdos Dei altissimi legitur
Hebr. 7. extitisse: cui decimas ex omnibus spolijs, tāquā
sacerdoti Abraham persoluit. Erant autem nul-
Nazarei. ti minores sacerdotes, quos Nazareos commu-
niter appellabant. Vnus autem erat summus sa-
cerdos, quem vocabant specialiter Arabarchū.
Porro David. 1. sacerdotes instituit. 16. de Elea-
zar, &c. 8. de Ythamar, quibus tamen omnibus
vnum præfecit, quem statuit principem sacerdo-
tum. Singulis autem per sortes viciis suā diuinit
hebdomadas, quarum ostia prouenit Abie, de
Lucæ. 1. cuius genere Zacharias pater Ioannis Baptistæ
Matth. 10. descendit. Verū in nouo testamento Christus
Lucæ. 10. ipse maiores & minores sacerdotes instituit, sci-
licet. 11. Apostolos, &c. 71. discipulos, quos præmit
tebat binos in omnem ciuitatem & locum quo
erat ipse venturus. Sicut enim pōtifices summos
Sacerdotij Moyses regendis populis in lege præfecit, sed ad
distinctio. eorum societatis & operis adiutorium, sequen-
tis ordinis viros, & secundæ dignitatis elegit.
Nam in Eleazaro & Ythamar filiis Aaron: pater
ne transfudit plenitudinis abundantiam: ut ad
hostias salutares & frequentioris officij sacramē-
ta, ministerium sufficeret sacerdotum. Et in ere-
Num. 11. moper. 70. virorum prudentium mentes Moysi
spiritum propagauit. Quibus ille vsus in popu-
lo, innumerabiles multitudines gubernaret. Sic
Christus apostolis suis discipulos addidit, qui
bus

LIBER. I.

7

bus illi suis prædicationibus totum orbem im-
pleuerunt. Apostolorum itaq; vices, maiores ob-
tinent sacerdotes, id est, episcopi. Discipulorum
verò minores, id est, presbyteri.

¶ De significatione nominum episcopi, & presbyteri. C A P. VII.

Nomen episcopi plus sonat oneris, quam ho-
noris. Episcopus græcè superintendens: Episcopus
interpretatur latine, speculatoris gerens officiū. * 4. sent. d.
luxta quod dominus inquit prophetæ, Fili ho: 24. lit. L. &
minis, speculatorēm dedit e domui Israēl, Plebi d. 21. c. cles:
vt sibi commissi nō negligenter incumbat, sed ros.
diligenter prospiciat. Ob hoc, inquit Apostolus: Ezech. 3.
Qui episcopatum desiderat, bonum opus deside 1. Tim. 3.
rat. Non dicit honorem, sed opus. Quoniam epi * i. arduū
scopus, non tam vt præsit quam vt pro sit eligi: & diuinū
tur. Presbyter autem non ab aetate dici: ur, sed à opus & mi-
prudentia. Presbyter enim græcè, latine senior ministerium
intelligitur. Senectus enim venerabilis est, non Theodor.
diurna, nec antorū numero computata, sed Presbyter
cani sensus sunt homini, & ætas senectutis vita Sapient. 4.
immaculata. Nam dominus inquit ad Moy sen. Num. 11.
Congrega mihi septuaginta viros de seniorib;
Israēl, quos tu nosti, q; senes populisunt & magi-
stri.

¶ De primatu Romani pontificis. C A P V T . V I I I .

Omibus enim apostolis Christus vnu præ: Primatus
posuit, videlicet Petrum, cui totius ecclie Petri,
sæ principatum, & ante passionem, & circa pas * Th. V al-
sionem, & post passionem commisit. Ante pas den. 1. To-
sionem, lib. 2. art. 3.

c.32. &c.33; sionem, cum dixit: Tu es Petrus, & super haec Turre cre. petram aedificabo ecclesiam meam, & portæ in lib. 1. sum feri non præualebunt aduersus eam, & tibi da mæ. bo claves regnorum. Licet enim vniuersis Matth. 19. apostolis communiter dixerit, Quorum remise

Ioan.20. ritis peccata, remittuntur eis: Et quodcumq; solueris super terrā, erit solutum & in cælis: & quorum retinueritis, retenta sunt, principaliter tamen Petro concessit, Quodcumq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis. Petrus ergo potest ligare cæteros, sed ligari non potest a cæteris. Nam illis particulariter dictum est: Quorū remiseritis peccata, remittuntur eis. Huic autem vniuersaliter dicitur: Qodcumq; ligaueris. &c. Circa passionem vero, cum pluraliter dixisset

Luca.22. de omnibus: Simō, ecce Sathanas expetiuit vos, vt vibraret sicut triticum. Siingulariter autem pro Petro subiunxit: Ego autem pro te rogaui, vt non deficiat fides tua. Statimq; præcepit: Et tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Ad eum igitur tanquam ad magistrum pertinet cæteros confirmare, cuius fides in nulla tentatione deficit. Fides enim Apostolicæ sedis super firmam petram stabili soliditate fundata, nullis vñquam errorum cordibus potuit inquinari. Sed absque ruga manens & macula, pro necessitate temporum, a cæteris maculas detergit errorum. Post passionem autem, cum tertio quæsiti

Ioan.21. facta Petro: Simon Ioannis, diligis me plus his? Et ille tertio respondit: Domine tu scis, quia Petrus caro amo te. Tertioque præcepit: Pasce oves meas: put aliorū. Statimq; subiunxit: Sequere me, Petrus enim se

quatus

est Christum: non solum genere marty: Ioan.1. rij, sed & in ordine magisterij. Quod Christus ostendit cum ait: Tu vocaberis Cephas. Licet enim Cephas secundum vnam linguam interpretatur Petrus, secundum alteram vero exposuit Caput. Nam sicut habet plenitudinem suum in se, cætera vero membra parte recipiunt plenitudinis: ita cæteri sacerdotes vocati sunt in partem soliditudinis, sed summus Pontifex assumptus est in plenitudinem potestatis. Præcipius Hinc est, quod non sine magni mysterij sacra: vbiq; Pemento, cum Christus vniuersos interrogasset trus fuit. apostolos: Vos autem quem me esse dicitis? solus Petrus, quasi primus & potior respondit pro Matth.16. omnibus. Tu es Christus filius Dei vivi. Cum: Ibid.14. que timore periculi cuncti simul exterrerentur apostoli, solus Petrus descendit intrepidus, vt super vndas maris ad dominum ambularet. Et cum multi discipulorum abiissent retro, dicentes: Durus est hic sermo, dixit Iesus ad duodecim: Nunquid & vos vultis abire? Respondit Ioan.6. Simon Petrus. Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes, & nos credimus & cognouimus, quia tu es Christus filius Dei. Cum: Matth.18. que Iesus respexit discipulos, ait Simoni Petru: Si in te peccauerit frater tuus, vade & corripe cum inter te & ipsum. &c. Cum Petrus discessisset: Domine, quoties peccabit in me frater meus & dimittam ei? usque septies? Respondit illi Iesus. Non dico tibi usque septies, sed usque septuagies septies: & cum omnes apóstoli fugam arriperent, solus Petrus educuit Luc.22. gladium

INNOCENTII. P.P.

Ioan.21. gladium percussit seruum Pontificis, & dextram eius abscidit auriculam. Cumque post resurrectionem alij discipuli nauigio venissent ad Dominum, Petrus succingens se misit in mare, vt inter vndas ad ipsum accederet. Quapropter & Christus, cū surrexisset a mortuis, prius se Petro, quām ceteris ostendit apostolis: quia secundum apostolum visus est Cephæ, post hoc vndeclim. Deinde visus est plus quām quingētis fratribus simul.

I Cor.15. ¶ De conuenientia & differentia potestatum inter episcopos & presbyteros.

CAPVT. IX.

* D. Tho. **D**iffert autem inter episcopos & presbyteros, quid ad omnes sacerdotes communiter pertinet, catechizare, baptizare, prædicare, cōVValden. sicere, soluere & ligare. Sed specialiter ad pontifices, Tom. li. fices spectat, clericos ordinare, virgines benedicere, artic. 3. c. cere, pontifices consecrare, manus imponere, bādo. Turre silicas dedicare, degradandos deponere, synod. lib. 1. c. dos celebrare, christisma confidere, & vasa consecrare. 79. 4. sent. crare. Vnguntur autem manus presbyteris ab d. 24. lit. I. episcopo, vt cognoscant hoc sacramento se per Vnctioma per spiritum sanctum suscipere gratiam consuum. crandi. Vnde cum eas vngit episcopus, dicit: Cōsecrare & sanctificare digneris domine manus istas, per istamunctionem & nostram benedictionem: vt quæcunq; consecraverint, consecratur: & quæcunq; benedixerint, benedicantur in nomine domini. Vnguntur etiam manus presbyteris, vt opera misericordiæ pro viribus ad omnines debeat exercere. Per manus enim opera,

per

LIBER. I.

9

per oleum misericordia designatur. Vnde Sama Lucæ. 10. ritanus, appropians vulnerato, vinum superius. Sacerdos fudit & oleum. Veruntamen maiores & minores egerunt res communiter in quibusdam vices gerūsum: vices Christi pōtificis, id est, Christi, dum pro peccatis obstat. fecrant, & peccatores per poenitentiam reconciliant. Vnde dixit Apostolus: Deus erat in Christo. 1. Cor. 5. sto, mundum reconcilians sibi, & posuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante pernos. Obscuramus ergo vos pro Christo, reconciliamini Deo. Mediatores enim sunt sacerdotes inter Deum & homines, dum præcepta Dei deferunt prædicando, & vota populi Deo porrigit supplicando. Quocirca tales debent existere sacerdotes, vt & Deo sint grati, & hominibus sint accepti. Nam vt inquit Apostolus, Gal. 1. Mediator non est unius. Discordes enim reconciliare non potest, qui simul utriq; societas & amicitiae vinculo non est concors. Sienim is qui disperget, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora provocatur. Hi post inuocata. Stola suitionem sancti spiritus supervtrumq; humerum per vtrumq; stolam accipiunt, vt ex hoc intelligent, se per ar humerū, ma iustitiae à dextris & à sinistris esse munitos. Quatenus nec aduersis frangantur, nec prospexit eleuentur. Vnde cum stolam accipiunt, dicit illis episcopus. Accipite iugum domini, iugum Matth. 11. enim eius suave est, & onus eius leue. Suave in prosperis, leue in aduersis. Accipiunt quoq; calicem & patenam de manu Pontificis, quatenus his instrumentis potestatem se accepisse agnoscant,

scant, placabiles hostias offerendi. Vnde cū hæc Episcopus tribuit. Accipite, inquit, potestatem offerendi sacrificium Deo, misericordiamq; celebrandi tam pro viuis quam pro defunctis in nomine domini. Officio sacerdotis vñus est dominus Iesus Christus, quando post cœnam panem & vñum in corpus & sanguinē suum diuina virtute conuer-

Matth. 26. tit. Accipite, inquit, & comedite, hoc est corpus meum, hoc facite in meam cōmemorationem. Excellentius enim vñus est hoc officio, cum pro peccatis humani generis seipsum in ara crucis obtulit, idem ipse sacerdos & hostia.

De communibus & specialibus indumentis Pontificum & sacerdotum.

CAPVT. X.

HAE autem communitas & specialitas postestatum inter episcopos & presbyteros, ipso numero communium & specialium vestium designatur. Sex enim sunt indumenta communia presbyteris & episcopis, videlicet Amitus, Alba, Cingulus, Stola, Manipulus, & Planeta. Quia enim sex sunt quibus communis presbyterorum & Episcoporum potestas consistit, videlicet catechizare, baptizare, prædicare, confi- Nouem or cere, soluere & ligare. Nouem autem sunt ornamenti & menta Pontificum specialia, videlicet Caligæ, officia spe Sandalia, Succinctorium, Tunica, Dalmatica, cialia Pon Mitra, & Chirothecæ, Annulus, & Baculus. tificum. Quidam nouem sunt, in quibus specialis Episcoporum potestas consistit, videlicet Clericos ordinare, Virgines benedicere, Pontifices consecrare, Manus imponere, Basilicas dedicare, degra-

degradados deponere, synodos celebrare, Chrisma cōficere, Vests & vasa consecrare. Palrum autem, quod Metropolitanorum & Primitatum Differens & Patriarcharum est proprium, vt scilicet per ilia inter. 4 lud à ceteris episcopis discernantur, & priuilegia 6. &c. 9. giata in obtineant dignitatem. Hoc ergo tam in novo quam in veteri testamento legitur constitutum, vt pontifices preter communes vestes habent speciales. Sed ibi erant quatuor communes, & quatuor speciales, hic autem sex sunt communes, Nouem autem speciales. Id enim mystica ratio postulabat. Nam illa data sunt carnibus & mundanis: haec autem data sunt spiritibus & perfectis. Quaternarius enim conuenit carni propter quatuor humores, & mundo propter quatuor elementa. Senarius autem perfectus, quia numerus est perfectus, qui redditur suis partibus aggregatis. Vnde sexto die perfectus Deus cœlum & terram & omnem ornatum eorum. Nouenarius spiritualibus, quia nouem sunt ordines angelorum, qui secundum prophete Genes. 2. tam per nouem species lapidum designantur. XV. ergo sunt ornamenta Pontificis. XV. gradus virtutum ipso numero designantia, quos per. X V. cantica graduum Psalmista distinxit. Vests enim sacerdotis virtutes significant, quibus debent sacerdotes ornari secundum illud propheticum: Sacerdotes tui induantur iustitia, & sancti Psal. 131.

C. De

INNOCENTII. P.P.

¶ De legalibus indumentis secundum His
itoriam. CAPVT. XI.

Vide Exo.
28. p totū.

Quatuor
indumenta
sacerdota:

QVatuor erant indumenta legalia, tam mis-
noribus sacerdotibus quam principi sacer-
dotum communia. Primum dicebatur
Manathasim, hebraicè, grecè, & latinè femora-
lia dici potest, de bysso retorta contextum. Se-
cundum Cathemone, quod nos lineam siue su-
buculam: sed Moyses Abanec appellauit, He-
brei verò discentes à Babylonij, Emissane vo-
cauerunt, eratq; byssinum & duplex. Tertium
Baltheus, id est, zonalis cingulus, latus quasi di-

Lego* pel: gitis quatuor, sic reticulat*, vt quasi * pellis vide
lis viper, retur, contextu de bysso,occo,purpura & Hy-
ea. Diui: cintho. Quartum Thyara, quod Hebræi Mane-
nèt alij me phei, nos autem infulam appellamus, à Cydari,
lius sicha: id est, mitra Pontificali plurimù differens, quasi
bet exempl: formam rotundæ cassis representans. Super
plar vt vi: hæc, quatuor proprijs indumentis Pontifex vte-
des. batur. Primum erat tunica Hyacinthina, quam

Quatuor Hebræus dixit Nathir, grecè dicitur Poderis,
Pontifica: latinè Talaris. Habebat autem pro fimbrijs ma-
lia. lagranata cum octoginta tintinnabulis aureis,
inter scalari modo disposita, vt audiretur sonus
quum Pontifex ingredetur sanctuarium, ne
forte moreretur. Secundum erat Ephot, id est.
superhumeral de quatuor prædictis coloribus
auroq; contextum, line manicis, ad modum Co-
lobij, habens aperturam in pectori quadram,
ad magnitudinem palmi. In qua Logion eius-
dem mensuræ inserebatur. In cuius parte supe-
riori, videlicet super humeros, infibulati erant
auro

LIBER. I.

ii

auro duo lapides Onychini, quibus duodecim
nomina filiorum Israël erant insculpta, sex in
vno, & sex in altero, quo autem Samuel & Da-
uid induti leguntur. Ephot aliud erat lineum, &
propriè quidem Ephctar dicebatur. Tertium
Hebraicè dicebatur Heusen, Grecè Logion, La-
tinè verò Rationale vocatur, quod pontifex fe-
rebat in pectori. Diictum est autem rationale iu-
dicij, quia ibi erat lapis, in cuius splendore Deū
sibi esse propitium cognoscebant. Erat autem
rationale quadrangulum &c. Quadrangulum,
duplex de quatuor prædictis coloribus auroq;
contextum, habens duodecim lapides per ordi-
nes quatuor. In primo Sardium, Topasium &
Smaragdum. In secundo Carbunculum, Sapphi-
rum & laſpidem. In tertio Ligurum, Achatem,
& Amethystum. In quarto Chrysolitum, Ony-
chium, & Berillum. In quibus erant scripta duo
decim nomina filiorum Israël in singulis singu-
la. Erant autem in eo scripta hæc duo nomina
Purim & Tynim, id est, veritas & doctrina. In-
serebatur autem Logion superhumerali, id est,
superiori parte per duos annulos & duas cate-
nulas aureas, immissas duobus vncinis, qui sub
duobus prædictis Onychinis, in superhumerali
cōtinebantur, infixi ab inferiori parte per duos
annulos aureos cum duobus vittis Hyacinthi-
nis colligabantur Ephot. Ultimum capit is orna-
mentum erat Cydatis, id est, mitra in acutū pro-
cedens, habens circulum aureum cum malagra-
natis & floribus. De qua super frontem pende-
bat aurea lamina, quam Petalum dicunt, ad mo-

C 3 dum

Lego dum lunæ dimidiae. In qua scriptū erat* Ayoch
*Agios. Adonay, id est, sanctum nomen domini Tetras
grammatō, id est, quatuor literarum, He, Yoth,
Het, Vau. Ne vero quum mouebatur Pontifex,
moueretur & lamina, colligabatur vitta Hyac-
inthina perspicua, quæ summiates posterius
diffundebat. Noster autem Pontifex pro femo-
ralibus habet sandalia, pro linea Albā, pro bal-
theo cingulum, pro pedere tunicam, pro Ephod
amicū de Dalmatica vel stolam, pro Logio pal-
lium, pro Cydari Mitram, pro lamina crucem.
Et quedam ex his diuersam habent formam ab
illis secundum figuram eandem.
De typo Legalium indumentorum secundum

Allegoriam. C A P V T. X I I .

His vestibus ornatus Pontifex totius orbis
preferebat imaginem, femoralia namq;
Byssina congrue terram figurabant, quia byssus
de terra procedit. Baltheus cum vittis & vas-
sculis circuvolutionem Oceani designabant.
Tunica Hyacinthina ipso colore aerea prefer-
bat. Per Tintinnabula sonitus tonitruorum. Per
malagranata coruscationes & fulgura figura-
batur. Quatuor minoris sacerdotis & quatuor sum-
mi pontificis indumenta, quatuor Microcosmi
& quatuor Megacosmi partes ipso numero desi-
gnabant, id est, quatuor humores & quatuor ele-
menta. Ephod sui varietate cœlum sydereū ostend-
ebat. Quod autem erat aurum intextum colo-
rit. Forte*ca ribus, figurabat, quod* color vitalis penetrat
vniuersa. Duo lapides Onychini, solem & lunā
vel duo Hemisphaeria denotabant. X I I , gem-

mæ pectorales. X I I . signa in zodiaco præfere-
bant. Rationale, quod erat in medio, quia ratio-
ne plena sentiūniera, quæ terrena coelis libus
harent. In modo ratio terrenorum & temporum, ca-
loris & frigoris, & duplex inter utriusq; tēperies
de cœli cuiuslibet ratione descedit. Per annulos, ca-
tenulas & acinos elemētorum, humorum & tē-
porum colligamenta signantur. Cydaris cœlum
Empyreū, Larina superposita. Cum signabat
omnibus præsidentem. Hanc allegoriā henrī Sa-
pien. 10. piens & confirmata: horitas dicens, In ueste po-
deris quam habebat, totus erat orbis terrarum,
& parentum magnalia in quatuor ordinibus la-
pidum erant sculpta, & magnificèria tua in Dia-
dumate capitisi illius erat scripta.

De vestibus Legalibus secundum Tropo-
logiam. C A P V T. X I I I .

His indumentis Legalibus sacerdos induit. Exod. 29.
Habatur, hoc ordine. Lotis prius manibus &
pedibus induebat Manathasim, id est, femora-
lia, figurans, q; sacerdos saudatis operibus & af-
fectibus lachrymis pœnitentiaz, debet assumere
continentiam, vt offerat hostiam immaculatā,
sanctam, Deo placentem. Noster autem Ponti-
fex, qui iugem debet habere continentiam, non Ioan. 13.
induit in sacrificio femoralia, sed sandalia. Ac si
dicatur. Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes
lauet, & est mundus totius.

De ueste Linea. C A P. X I I I I .

Ecundo induebatur Cathemone, id est, linea
S ueste: significans, quod sacerdos debet in-
duere innocentiam. Ut quod sibinon vult fieri, Matth. 7.

C 4 alij

INNOCENTII. PP.

Eccles.9. alij ne faciat. Linum enim propter candorem si gnificat innocentiam, secundum illud. Omnitē pore vestimenta tua sint candida.

¶ De zona. CAP V T. X V.

Lucæ.11. **T**ertio, cingebat se Baltheo, significans castitatem, qua circa lumbos debet accingi, ut restringet concupiscentiam. Vnde veritas ait, Sunt lambi vestri præcincti, & lucernæ vestre dentes in manibus vestris.

¶ De tunica. CAP V T. X VI I.

Matth.19. **Q**uarto, induebat tunicam poderem, id est, talarem. Significans, quod Pōtifex debet induere perseuerantiam, quia qui per feuerauerit usq; in finem, hic saluus erit. Per talum enim propter extremitatem perseuerantia designatur, secundum illud: ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius.

¶ De Malagranatis & Tintinnabulis aureis.

CAP V T. X VI I.

Actu.1. **D**e pendebant ante profumbris malagranata cum tintinnabulis aureis. Per malagranatum intelligitur operatio. Per tintinnabulum aureum prædicatio. Quæ duo debent in sacerdote coniungi, ne sine illis ingrediens sanctuariū, moriatur. Cœpit enim Iesus facere & docere, Sacerdotibus relinquens exemplum, ut sequantur vestigia eius, qui peccatum non fecit, ut sit honestas in conversatione. Nec inuentus est dolus in ore eius, ut sit veritas in prædicatione.

¶ De superhumerali. CAP. XVIII.

1.Pet.1. **Q**vinto, induebat Ephot, id est, superhumerale, significans, quod Pontifex debet indu-

LIBER. I.

13

induere patientiam, ut in patientia sua possit. Luce.21. deat animam suam. Humeris enim supportatus, secundum illud. Supposuit humerum suum Gene.49. ad portandum, factusque est tributis seruiens.

¶ De duabus Oris. CAP. XIX.

Habebat antem duas horas coniunctas in v. Exod.28. troque latere summitatum, significans, q. 2. Cor.6. Pontifex debet habere arma iustitiae à dextris & à sinistris, ut non erigatur prosperis, nec deprimatur aduersis.

¶ De duobus Onychinis. CAP. XX.

Habebat & duos lapides Onychinos inferi. Exod.18. hos humeris. In quibus erant sculpta. XII. nomina filiorum Israël, Sex in uno, & sex in altero. Per duos Onychinos significatur veritas & synceritas. Veritas per claritatem, synceritas per soliditatem. Per filios Israël significantur sancta desyderia & sancta opera. Secundum illud: Maledictus homo qui non reliquerit se. Deute.1. men in Israël. Per senarium significatur perfetio: pro eo quod Deus sexto die perfecit cœlum & terram & omnem ornatum eorum.

¶ De XII. nominibus filiorum Israël.

CAP V T. XXI.

Quod autem sex nomina filiorum Israël sculpta erant in uno lapide, & sex in altero. Significabant quod desyderia sacerdotis & opera perfici debent, non in fermento. 1. Cor.3. malitia & nequitate, sed in azymis syncratis & veritatis, ut synceritas formet intentionem, & veritas finem.

¶ De duabus catenulis. CAP. XXII.

C 5 Habet

INNOCENTII PP.

L I B E R . I.

14

Habebat & duas catenulas auri purissimi, sibi inuicem cohaerentes: quæ duobus inse rebantur vñcinis. Significas, quod Pontifex debet habere duos charitatis affectus, ad Deum scilicet, & ad proximum. De quibus præcipitur:

Deut. 6. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde
Matt. 22. tuo, & proximum sicut te ipsum. Sicut enim aurum preeminet vniuersis metallis, ita caritas extollitur vniuersis virtutibus. De qua dicit **Apostolus.** Horum maior est caritas.

¶ De duobus Vñcinis. CAP. XXIII.

Duo Vñcini sunt intentio & finis, quibus Catenulae inferuntur, vt tam Deum quam proximum diligat. Deum propter seipsum, Proximum propter Deum: ex puro corde & conscientia bona, & fide non ficta.

¶ De Rationali. CAP. XXIIII.

Sexto inducebatur Logion, id est, Rationali, significans, quod pontifex debet induere distinctionem, per quam discernat inter lucem & tenebras, inter dextram & sinistram. Quia non est conuentio lucis ad tenebras, neque Christi ad Belial.

¶ De quadratura Rationalis & duplicitate. CAP. XXV.

Erat autem Rationale quadrangulum, significans, quod Pontifex debet discernere inter quatuor. Inter verum & falsum, ne deuiet in credibiliis. Et inter bonum & malum, ne deuiet in agendis. Erat & duplex, Quia debet discernere pro duabus, pro se videlicet, & pro populo, Ne sic cœcum duxerit, ambo in foueam cadant.

Ps

¶ De quatuor ordinibus lapidum.
 CAPT. XXVI.

Habebat & quatuor ordines lapidum, significans, quod Pontifex debet habere quatuor principales virtutes, iustitiam, fortitudinem, prudentiam, & temperantiam.

De duodecim lapidibus.

CAP. XXVII.

In singulis ordinibus autem habebat tres lapides, significans, quod Pontifex in primo debet habere fidem, spem & charitatem. In secundo modestiam & mansuetudinem & benignitatem. In tertio pacem, misericordiam & largitatem. In quarto vigiliam, solitudinem & longanimitatem. Per lapides enim figurantur virtutes, secundum illud. Si quis autem superaverit, sit supra fundamentum hoc aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fenum, stipulam, vniuersus opus manifestum erit.

¶ De Cydari. CAP. XXVIII.

Cvprenum capitis ornementum erat Cydas, crisvel Thyara, quam ultimò pontifex assuebat, significans humilitatem, de qua dominus ait: Omnis qui se exaltat, humiliabitur: & **Lucæ. 18.** qui se humiliat, exaltabitur. Hanc autem gestabat in capite, significans quod pontifex debet gerere humilitatem in mente, exemplo capitum nostri sic dicentis: Discite a me, quia mitis sum **Matt. 11.** & humiliis corde. Per caput enim mens intelligitur, secundum illud. Vnge caput tuum, & faciem tuam laua.

De lamina aurea. CAP. XXIX.

De

INNOCENTII. PP.

LIBER. I.

15

Cant. 5.

DE Cydari dependebat à fronte lamina aurea, significans sapientiam: qua præcelles re debet pontifex secundum illud: Caput eius aurum optimum.

¶ De nomine Dñi tetragrammatō.

C A P V T. XXX.

IN qua quidem lamina erat scriptum nomen Domini tetragrammaton, id est, quatuor litterarum: He, Ioth, Het, Van, id est, principium passionis vita iste: Ac si diceretur apertius ille, cuius pontifex iste gerit personam, scilicet Chtistus, est principium, id est, author vita passionis, id est, vita restaurata per passionem, quia mortem nostram moriendo destruxit, & vitam resurgendo reparauit. Nomē domini quod scribebatur in lamina aurea erat, Anathot, Adonay, id est, Sanctum nomen domini tetragrammaton, quod ineffabile dicitur: non quia effarinon potest, sed quia rem ineffabile significat.

¶ De varietate operis. CAP. XXXI.

Psal. 44.

ERANT autē hæc indumenta pro maiori paritate cōtexta opere polymito, id est, vario propter varietatem virtutum. De qua dicit Psal: mographus. Astigit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circundata varietate.

¶ De quatuor coloribus. CAP. XXXII.

CONTECTA verò erant de quatuor pretiosis coloribus: pupura, coco, byssō, Hyacintho. Per purpuram regiæ dignitatis, significatur pontificalis potestas, qua via regia debet inscedere, ne declinet ad dexteram vel deuiet ad sinistram: ne liget dignos, aut soluat indignos. Per

Per coccum coloris ignei: qui & bistrinctus fuit, se narratur, significatur pontificalis doctrina, quæ sicut ignis lucere debet & vrere. Lucere debet per promissionem, vt: Omnis qui reliqua Matt. 10. rit domum aut patrem & matrem. &c. centuplū accipiet, & vitam æternā possidebit. Vrere debet per comminationem, vt, Omnis arbor quæ Matt. 7. non facit fructum bonū excidetur, & in ignem mittetur. Per byssum candoris eximij, significatur præclaritas famæ, quæ debet esse retorta, vt pontifex habeat bonum testimonium, secundum Apostolum, & ab his qui sunt intus, & ab i. Tim. 3: his qui sunt foris. Per hyacinthum coloris aërei signatur serenitas conscientiæ, quam intra se pontifex debet habere secundum quod dicit Apostolus: Gloria nostra hæc est, testimonium i. Cor. 11. conscientiæ nostræ.

¶ De vestibus euangelici sacerdotis.

C A P. XXXIII.

VESTES autem euangelici sacerdotis, aliud designant in capite, aliud figurant in membris. Nam & caput & membra sacerdotis nomine nuncupantur. Ad caput enim dicit Psal: mographus: Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Ad membra verò dicit Apostolus: Vos etsis genus electum, regas i. Petr. 2. le sacerdotium. Prius enim exponenda sunt cōrū mysteria, iuxta quod capiti congruūt, ac demum, secundum quod membris conueniunt.

¶ De pontificalibus indumentis, secundum quod Christo conueniunt.

C A P. XXXIII.

Pontis

Pontifex ergo in altaris officio capitis sui Christi, cuius est membrum, representans personam: dum pedibus assumit sandalia, illud incarnationis dominicae insinuat calciamentum,

Psalm. 59. de quo dominus inquit in psalmo: In Idumæam extendam calciamentum meum. i. in gentibus nostris faciam incarnationem meam. Venit enim ad nos calciata diuinitas, ut pro nobis Dei filius sacerdotio funderetur. Per ligulas, quibus ipsa pedibus sandalia constringuntur, illic idem accipimus, quod per corrigiam calciamenti Ioannes Baptista signauit, cum ait: Cuius non sum dignus corrigiam calciamenti soluere. Unionem ergo ineptibilem copulamque indissolubilem quibus verbi diuinitas se carni nostræ coniunxit, per sandaliorum corrigias intelligimus. Mediastibus vero caligis pedes sandalijs coniunguntur. Quoniam anima mediante carni diuinitas est coniuncta. Sic enim pes corpus sustentat, ita diuinitas significat mūndū gubernat. Unde ait Psal. Adorate sancti vestri bellum pedum eius, quoniam sanctum est.

facerd. cōf. De amictu, * vbi reddit ratio, cur idem in Christi. Rhem. sto per calciamentum pedum, & per c. 50. Burs. amictum capitum designatur.

CAP. XXXV.

3. c. 97. V. **A**mitus autem, quo sacerdos caput obnubilat. To de **A**bit, illud significat quod in Apocalypsi descriptum scribitur: Angelum Dei fortem descendisse de celo, amictum nube. Et in Esaia: Ecce dominus ascendet super nubem candidam. Veniens auctem Apoca. 10. tem ad saluationem mundi Dei filius, magni Esa. 19. consilij angelus, amictus est nube, dum deitatem

tem abscondit in carne. Nam caput viri Christi 1. Cor. II. stus, caput Christi Deus. Hoc ergo carnis latibulum amictus sacerdotis significat. Quod per ictus syndonem expressius designatur, quia sumus pontifex caput obducit. Et pulchre quidem, quod per calciamentum pedum, hoc ictus per amictum capitum designatur, quia diuinitas in carne latuit, & per carnem introiit. Nam cum Psal. 75. notus esset in Iudea Deus, & in Israël magnum Psal. 59. nomen eius, in Idumæam extendit calciamentum suum, & ante conspectum gentium reuelavit iustitiam suam.

De Alba. CAP. XXXVI.

Alba lineum vestimentum, longissime distans a tunicis pelliceis, quae de mortuis animalibus fiunt, quibus Adamus vestit⁹ est post pecatum: Gene. 3. catum: nouitatem vitæ significat, quam Christus habuit, & docuit, & tribuit in baptismo, de qua dicit Apostolus: Exuite veterem hominem Ephes. 4. cum actibus suis, & induite novum hominem qui secundum Deum creatus est. Nam & in transfiguratione resplenduit facies eius sicut sol, & vestimenta eius sunt facta alba sicut nix. Semper 1. Pet. 2. enim vestimenta Christi munda fuerunt & candida, quia peccatum non fecit, nec inuentus est Esa. 35. dolus in lingua eius.

De cingulo & succinctorio.

CAP. XXXVII.

Zona sacerdotis illud significat, quod Iohannes Apostolus ait: Conversus vidi similem Apoca. I. filio hominis, præcinctum ad mammillas zona aurea. Per zonam auream perfecta Christi charitas

I N N O C E N T I I . P P.

- Ephe.3.** ritas designatur. Quam dicit Apostolus super eminentem scientiae charitatem Christi, seruentem in corde, radiantem in opere. Cuius succinctorium illud significat, quod Esaias de Christo loquens, prædictum est: Erit iustitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorum rerum eius. **Nā**
- Esa.ii.** **Psalm.50.** iustus dominus, & iusticias dilexit, æquitatem
- Psal. 144.** vidit vultus eius. Fidelis dominus in omnibus verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis. Duæ summitates illius, duæ sunt partes naturæ iustitiae, quam Christus fecit, & docuit. **Quod** tibi nō vis fieri, alij ne feceris, sed quæcumq; vultis ut faciant vobis homines: & vos facite illis.

¶ De stola. CAP. XXXVIII.

STOLA, quæ super amictū collo sacerdotis in: Scumbit, obediētiam & seruitutem significat, quam dominus omnium propter salutem suorū subiuit. Nam cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. Exinanivit se ipsum, formam servi accipiens, factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Causam quippe mortalitatis nec contraxit origine, nec commisit in opere: quia quod non rapuit, hoc excoluit. Dedit enim illi calicem pater: non iudex, amore, non ira: voluntate, nō

Gene. 28. necessitate: gratia, non vindicta. Hic est ille Isacob, qui parens præcepto patris Isaac & consilio matris Rebeccæ seruuit Laban, ut Rachel & Lyam ducent in coniugium.

¶ De tunica. CAP. XXXIX.

TVNICA poderis, quæ Hyacinthini coloris erat in veteri sacerdotio, tintinnabulis & malis

L I B E R . I.

17

malis punicis ab inferiori parte procedentibus, ut pontifex totus vocalis incederet, cœlestem Christi doctrinam insinuat. Cuius notitiam habuerunt omnes, quibus Deus per prophetam Esai. 40. ait: In montem excelsum ascende tu, qui euangelizas Sion. Præcipue tamen hanc habuimus euangelicæ textrix doctrinæ, sapientia Dei Iesus Christus, & dedit illam apostolis suis. Omnia, inquit, quæcumque audiui à patre meo, Ioan.15. nota feci vobis. Hanc ergo significauit illa tunica domini quam milites scindere noluerunt, eo quod esset inconsutile, desuper contexta per totum, damnum fore maximum existimantes, si qui doctrinam euangelicam hæresibus scindere moliantur.

De Dalmatica. CAP. XL.

SVPER hanc tunicam pontifex vestit Dalmaticam, quæ sui formam largam misericordiam Christi significat, quam ipse præ cæteris & docuit & impendit. Estote, inquit, misericordes, sicut & pater vester misericors est. Beati Matt. 5. manq; misericordes, quoniam ipsi misericordia consequentur. Iudicium verò sine misericordia fieri ei, qui non facit misericordiæ, quia misericordia superexaltat iudiciū. Ergo dimittite, & Iaco. 2. dimittetur vobis, sicque, inquit, orabitis: Di. Matt. 6. mitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Hic est ergo Samari: Luc. 10. tanus ille proximus noster, qui fecit nobiscum misericordiam, superinfundens vulneribus nostris vinum & oleum. Nam per viscera misericordiæ Ibid. 1. suæ visitauit nos oriens ex alto. Qui nō ex operi: Tit. 3. D bus

bus iustitiae quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam suā saluos nos fecit. Qui pro peccatoribus venit, vt de peccatis venia indulgeret. Misericordia, inquit, volo & non sacrificium.

De chirothecis. CAP. XL I.

Gene. 27. **C**hirothecæ sunt hædorum pelliculae, quas

acob manibus Rebecca circūdedit, vt piso loe manus maioris similitudinem exprimeret.

Pellis hædi similitudo peccati, quam Rebecca mater, id est, spiritus sancti gratia, manibus veri Iacob operibus Christi circundedit: & simili-

Roma. 2. **tudinē** maioris, id est, prioris Adæ Christus ex primeret. Christus enim similitudinem peccati

sine peccato suscepit, vt incarnationis mysteriū diabolo celaretur. Nam ad similitudinem

peccatorū esurijt, sitiuit, doluit & expauit, dor-

Matt. 4. **mivit & laborauit. Vnde cū ieiunasset quadra-**

ginta diebus & quadraginta noctibus, postea es-

surijt. Accedens ad eum diabolus: eum ad simi-

litudinē prioris Adæ tentauit. Sed qui primum

vicerat, eisdem modis viquus est à secundo.

De planeta, vbi etiam agitur de an-

teriori & posteriori parte planetæ.

CAPUT. XL II.

Gal. 3. **C**ausa magni sacerdotis est vniuersalis eccl

iesia, de qua dicit Apostolus: Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis.

Psal. 132. **H**æc est illud Aaron vestimentū, cuius in oram

descendit vnguentum: sed à capite descendit in barbam, & à barba descendit in oram. Quoniam

de plenitudine spiritus eius nos omnes accepi-

mus, primum apostoli, postmodū cæteri. Quid autem

autem casula, cum vnica sit & integra, extensio ne manuum in anteriorem & posteriorem partem quodammodo dividitur, designat & anti- quam ecclesiam, quæ passionem Christi præces sit, & nouam, quæ passionem Christi subsequitur. Nam & qui præbant & qui sequebantur, Matt. 21. clamabant, dicentes: Osanna filio Dauid, Bene dictus qui venit in nomine domini.

De manipulo. CAP. XL III.

Vōd sacerdos manipulum portat in læua, designat, quod Christus brauim obtinebat in via. Per manipulum enim præmium designatur, iuxta quod legitur: Veniens Psal. 115. & res autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos. Per læuanam vita præfens accipitur, secundū quod scriptum est: Læua eius sub Cant. 2. capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Christus autem simul fruebatur & mercabatur. Fruebatur in patria, merebatur in via. Nam simul & brauiū cōprehendebat, & stadium * præ * Percurrebat: quia simul erat & in patria, & in via, rebat. Nemo, inquit, ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo Ioan. 3. lo descendit, filius hominis qui est in cœlo.

De Mitra. CAP. XL IIII.

Mitra Pontificis illud significat, quod propheta loquēs de filio dicit ad patrem Glo Psalm. 8. ria & honore coronasti eum domine, & constituisti eum super opera manū tuarū. Hoc est illi Philip. 2. Iud nomen, quod est sup omne nōmē, ut in nomine Iesu omne genu fleatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum. Nam & in aurea lamina Cydatis pontificalis sculptum erat nōmen domini

INNOCENTII. P.P.

Tetragrammaton, cuius mysterium superius prælibauimus. Per Mitem ergo capitum Christi summam illam honoriscentiam i. telligimus, quæ propter diuinitatem debetur humanitati. Nā propter pedem adoratur scabellū: Adorate, inquit scabellū pedū eius, quoniam sanctum est.

De baculo. CAP. XLV.

Psal. 98. **V**irga pontificis, Christi potestatem significat. De qua dicit Psalmista. Virga recta est virga regni tui, Quia dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem, propterea vnxisse Deus Deus tuus.

Psal. 2. Et alibi dicit: Reges eos in virga ferrea. Duri-
tia ferri rigorem significat æquitatis, quia Christus tanquam vasiguli confringet peccatores. Verum potestas Christi non solum virga, sed & baculus est, quia non solum corripit, sed & sustentat. Vnde Psalmista: Virga tua & bacu-
lus tuus ipsa me consolata sunt.

De annulo. CAP. XLVI.

Annulus digiti donum: spiritus sancti signifi-
catur. Digitus enim articulatus atq; distin-
ctus, spiritum sanctum insinuat. Secundum illud:

Exod. 8. **D**igitus Dei est hic. Et alibi, Si ego in digito Dei
Lucæ. 13. ejcio dæmonia, &c. Annulus aureus & rotun-
dus perfectionem dororum eius significat, quā

Colos. 2. sine mensura Christus accepit, quoniam in eo
Ioan. 3. plenitudo diuinitatis habitat corporaliter. Nā
qui de cœlo venit, super omnes est. Cui Deus nō

Ioan. 3. dedit spiritum ad mensuram. Super quem vides
ris spiritum, inquit, sanctum descendenter &

Esai. 11. manentem, hic est qui baptizat in spiritu san-
cto. Nā requiescit super eum spiritus sapientiae
& intel-

LIBER I.

19

& intellectus, &c. Ipse vero de plenitudine sua differentes donationes distribuit. Alij, secundum Apostolum, dans sermonem scientie, alijs gratia i. Cor. 12. sanitatum, alijs operationem virtutum, &c. Quod Ephe. 4. & visibilis Pontifex imitatur, alios in ecclesia constituens sacerdotes, alios diacones, alios subdiacones, & huiusmodi.

De quinque psalmis.

CAP. XLVII.

Celebraturus Episcopus missarum solenia,
secundum psalmos & orationes praemittit,
secundum exhortationem Psalmistæ dicentis: Psalm. 49.
Præoccupatio faciem eius in confessione, & in
psalmis iuri illemissi ei. Dicit autem hospitius.
Quām dilecta. Benedixisti. Inclina. Credidi. De Psalm. 83.
profundis. Ut quicquid immūdum quinque sen 84. 85. 115.
suum transgressione commisi, quinque psalmo &. 129,
rum oratione detergat. Quædam enim conti-
nentur in ipsis quæ recte conueniunt celebratu-
ris altaris mysterium, & Eucharistia sacramen-
tum. In primo: Concupiuit & defecit anima
mea in atria domini. Altaria tua domine virtu-
tum, rex meus & Deus meus. Domine Deus vir-
tutum exaudi orationem meam, auribus percipe Deus
Jacob. Protestor noster aspice Deus, & respice
in faciem Christi tui. In secundo: Conuerte nos
Deus salutaris noster, & auerte iram tuam à no-
bis. Nunquid in æternum irasceris nobis? Ostendebolis domine misericordiam tuam, & salutare
tuum da nobis. Veruntamen propter timentes
eum salutare ipsius, ut inhabitet gloria in terra
nostra. In tertio: Auribus percipe domine ora-

D 3 tioneum

tionem meam, &c intende voci deprecationis meæ. Omnes gentes quascunq; fecisti, venient, & adorabüt coram te domine. Confitebor tibi dñe Deus meus in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in æternum. In quarto: Calicē salutaris accipiam, & nemē domini inuocabo. Dirupisti domine vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen domini inuocabo. Vota mea do: in reddam in conspectu omnis populi eius, in atrijs domus domini, in medio tui Ierusalem. In quinto: Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis meæ. Sustinuit anima mea in verbo eius, sperauit anima mea in domino. Quia apud dominum misericordia, & copiosa apud eum redēptio. Orationes verò quas addit, manifestè pertinent ad impetrandum corporis & corporis munditiam & munimentum.

De pontificalibus indumentis, secundum quod membris conueniunt: vbi agitur de caligis & sandalijs.

CAPVT. XLVIII.

Efai. 52. **I**ntra hæc, pedes Pontificis in præparatione Euangelij & pacis, & caligis & sandalijs calsiantur, quorū pulchritudinē admirabatur propheta cum diceret: quām speciosi sunt pedes euangelizantium bona. Sandalia verò de subtus integrum habent solem, desuper autem coriū fenebratū: quia gressus prædicatoris debent & subtus esse muniti, ne polluantur terrenis: secundum Matt. 10. dum illud: Excute puluerē de pedibus vestris, & sursum aperti: quatenus ad cognoscenda cœlestia reuelentur, secundum illud propheticum:

Reuela

Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia Psal. 118. de lege tua. Quod autem sandalia quibusdā locis aperta, quibusdam claula sunt, designat q; Euangelica prædicatione nec omnibus debet reuelari, nec omniābus debet abscondi. Sicut scriptū est: Vobis datum est nosse mysteriū regni Dei, Lucc. 8. cæteris autem in parabolis. Nolite sanctum da: Matt. 13. re canibus, nec margaritas spargatis ante portas: Ibidem. 7. cos. Prius autem caligis induit, viisque ad genua protensis ibi quæ constrictis, quod prædictor pedibus suis rectos facere gressus & genua debilia reparare debet. Nam qui fecerit & dō: Ibidem. 5. cuerit, hic magnus est in regno cœlorum.

De ablutione manuum.

CAP. XLIX.

Deinde corporaliter lauat manus, ut spirituualiter mundet actus, autoritate Psalmi 118. dicentis: Lauabo inter innocentes manus Psalm. 25. meas, & circundabo altare tuum domine. Non enim diuina sacramenta lutum manuum contaminat, sed si quis indignè manducat & bibit, iudicetur. Cor. 11. ciū sibi manducat & bibit. Quia non lotis manus Matt. 15. manducare, non coinquinat hominē. Quæ verò procedunt de ore & de corde exēunt, ea coinquinant hominem, cogitationes male, homicidia, furta, fornicationes, falsa testimonia, blasphemiae. Hæc sunt quæ coinquinant hominē. Unde sollicitè satagendū est, ut non tam exteriora manuum quām interiora mentium iniquamenta purgenterur.

De amictu, vbi agitur de duobus vasculis, quib; amictu ante pectus ligat, CAP. L.

I N N O C E N T I I . P P.

Lotis itaque manibus assumit amictum, qui super humeros circunquaque diffunditur. Per quem operū fortitudo significatur. Humeri quippe fortes sunt ad opera peragenda, secundum dum illud patriarche Iacob. Supponit humerū ad portandum, & factus tributis seruiens. Duo vasculi quibus amictus ante pectus ligatur, signant intentionem & finem, quibus informans dum est opus, ne fiat in fermento malitia & nequitie, sed in azymis synceritatis & veritatis. Sacerdos enim non debet otiosus existere, sed bonis operibus insistere & insudare, secundum illud quod Apostolus ait ad Timotheum: Labo rā sicut bonus miles Iesu Christi.

De Alba. C A P . L I .

Alba membris corporis conuenienter apta, nihil superfluum aut dissolutum in vita sacerdotis esse debere demonstrat. Hęc ob speciem candoris designat munditiā, secundū quod legitur: Omni tempore vestimenta tua sint candida. Fit autē de bysslo vel de lino. Propter quod scriptum est: Bissinum sunt iustificationes sanctorum. Sicut enim byssus, vel linum cādorem, quem ex natura non habet, multis tensionibus attritum, per artem acquirit: Sic & hominis caro munditiā, quam non obtinet per naturam, multis castigationibus macerata, sortitur per gratiam. Vnde sacerdos, secundum Apostolum, castigat corpus suum & in seruitutem redigit, ne forte quium alijs prædicet; ipse reprobus fiat. Hęc vestis in veteri sacerdotio stricta fuisse describitur propter spiritum servitutis

L I B E R . I.

21

uitutis in timore. In nouo larga est, propter spiritum adoptionis in libertate. Quod autem Auctor. Cor. 3. rifrigium habet, & gemmata est in diuersis locis, & varijs operibus ad decorum, illud insinuat quod propheta dicit in Psalmo: Asitit regina à Psal. 44. dextris tuis in vestitu deaurato, circundata vanitate. Debet autem Alba circa lumbos zona præcingi, vt castitas sacerdotis nullis incentiis stimulis dissoluatur. Vnde. Sint lumbive: Lucæ. 11. stri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Et Virtus eius, in lumbis eius, & fortitudo: Job. 40. do illius in vmbilico ventris eius. Debent ergo lumbi præcingi per continentiam. Debent & subcingi per abstinentiam: quoniam hoc genus Matth. 17. demonij non ejicitur nisi in oratione & ieui: Ephe. 6. nio. Hinc etiam Apostolus ait: State succincti lumbos in veritate.

Quare Rom. Pontifex post Albam Orale, & post Orale crucem assumat.

C A P V T . L I I .

Romanus autem Episcopus post albam & cingulum assumit Orale, quod circa caput inuoluit, & replicat super humeros, legalis Pontificis ordinem sequens, qui post lineam strictam & zonam induebat Ephorum, id est, superhumeralē, cuius locum modo tenet amictus. Et quia signo crucis auri lamina cessit, pro lamina, quam Pontifex ille gerebat in fronte, Pontifex iste crucem gerit in pectore. Nam mysterium, quod in quatuor literis aureis lamina continebat, in qua tuor partibus forma crucis explicuit, Iuxta quod inquit Apostolus: Ut comprehendatis cum omnibus Ephef. 3.

D 5 bus

bus sanctis que sit longitudo & latitudo & sublimitas & profundum. Ideoque Rom. Pontifex crucem quandam insertam catenulis a collo suspensam, sibi statuit ante pectus, ut sacramentum, quod ille tunc præferebat in fronte, hic autem recondat in pectorale: Cum corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.

De Stola. C A P V T . L I I I .

Rom.10.

Per Stolam, quæ alio modo vocatur Orarium super collum sibi sacerdos imponit, ut iugum dominis suscepisse significet, quæ a collo per anteriores descendens, dextrum & sinistrum latus adornat, quia per arma iustitiae a dextris & a sinistris, id est, prosperis & aduersis, sacerdos debet esse munitus. Stola quippe significat patientiam vel patientiam, de qua scriptum habetur: Patientia vobis necessaria est, ut reportetis promissiones. Et iterum: In patientia vestra possidebitis animas vestras. Hinc est ergo, quod Stola cum zona nexibus quibusdam colligatur, quia virtutes virtutibus sociantur, ne aliquo tentationis moueantur impulsu. Debet autem sacerdos secundum decretum Braccharense concilij de uno eodemque Orario ceruicem pariter & vtrumque humerum premens, signum crucis in pectorale suo præparare. Si quis autem alter eggerit, excommunicatione debitæ subiacebit.

2. Cor.1.

Hebr.10.

Lucæ.21.

Exod.3.

Concil.

Bracharē.

dos secundum decretum Braccharense concilij de uno eodemque Orario ceruicem pariter & vtrumque humerum premens, signum crucis in pectorale suo præparare. Si quis autem alter eggerit, excommunicatione debitæ subiacebit. Nisi forte quis dixerit hoc decretum per contrariam Ecclesiæ Romanæ consuetudinem abrogatum.

De Tunica. C A P V T . L V .

Deinde

Deinde Pontifex induit tunicam Poderim, id est talarem, significantem perseuerantiam. Vnde Ioseph inter fratres suos talarem tunicam habuisse describitur. Cum vero cæteræ viri: Gene. 37. tutes currant in stadio, perseuerantia tamen accipit brauium: quoniam qui perseuerauerit vsq; Matth.10. in fine, hic saluus erit. Vnde præcipitur. Esto si: Apoca.2. delis vsq; ad mortem, & dabo tibi coronam vita. Habebat autem hæc vestis in veteri sacerdotia. pro fimbrijs mala punica cum tintinnabulo, lis aureis, quorū supra mysterium exposuimus.

De Dalmatica. C A P V T . L V .

Super hanc tunicam Episcopus vestit Dalmaticam, sic dictam, eo quod in Dalmatia fuit reperta. Quæ sui forma figurat largitatem, quia largas habet manicas & protensa. Vnde secundum Apostolum: Oportet Episcopum non esse turpis lucri cupidum, sed hospitalem. Non ergo manum habeat ad dandum collectam, & ad recipiendum porrectam, sed illud efficiat, quod propheta suadet: Frage esurienti panem tuum, Esaiæ.38. & egenos vagosq; duc in dormum tuam. Quum videris nudum, operie eum, & carnem tuam ne despixeris. Ob hoc forte specialiter vtuntur diaconi Dalmaticis, quod principaliter electi sunt ab apostolis, ut mensis ex officio ministaret. De Actu.6. bet autem Dalmatica habere duas lineas cocciennes, hinc inde, ante & retro, a summo vsq; deorsum. Ut Póntifex habeat feruorem charitatis ad Deum & ad proximum, in prosperis & aduersis, iuxta veteris & noui Testamenti præceptum, quod est: Diliges dominū Deum tuum ex toto corde Matih.22.

INNOCENTII. P.P.

I. Ioan. 2. cor de tuo, & proximū sicut te ipsum. Vnde Ioannes: Charissimi, non nouum mandatum scribo vobis, sed mandatum verus, quod habuisti ab initio. Atq; iterum: Mandatum nouū scribo vobis, &c. In sinistro quoque latere Dalmatica fibriæ habere solet. i. sollicitudines aetiuæ vitæ signantes, quæ Episcopus debet habere pro subditis Iuxta quod dicit Apostolus. Preter illa que extriæ, eus sunt instantia quotidiana sollicitudo omnium ecclesiærum.

De chirothecis. C A P V T. L V I.

Q Via verò plerique bonum opus quod faciunt, manu fauore coi rumpunt, statim episcopus manus operit chirothecis, ut nesciat finis

Matth. 6. stra sua, qui dicitur dextra sua. Per chirotheca ergo congruè cautela designatur, qua sic facit opus in publico, quod intentionem continet in occulto. Nam & si dominus dixerit, Luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificant patrem vestrum qui in cœlis est. Propter hoc chirotheca circulum aureum desuper habet. Ipse tamen præcepit: Attende ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videantini ab eis, alioquin mercedem non habebitis a patre vestro qui in cœlis est.

De planeta. C A P V T. L V I I.

P Ostremo super omnes vestes induit casulam vel planetam, quæ significat charitatem. Charitas enim operit multitudinem peccatorum, de qua dicit Apostolus: Adhuc excellentiorem viâ vobis dico monstro, si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habuero, fas

Etus,

LIBER. I.

15

Etus sum velut æs sonans & cymbalum tinniens. Et hæc est vestis nuptialis, de qua loquitur dominus in euâgeliô: Amice, quomodo huc intraisti, Matth. 22. non habens vestem nuptialem? Quod autem amicu[m] Etus super os planetæ reuolutur, innuit, quod omne opus bonum debet ad charitatem referri. Nam finis præcepti charitas est de corde puro & i. Timot. 1. conscientia bona, & fide non ficta. Quod autem extensio manuum in anteriorem & posterios rem partem diuiditur, significat duo brachia charitatis, ad Deum scilicet & ad proximum. Dilesi Matth. 22. ges, inquit, dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & proximum tuum sicut te ipsum. In his duobus mandatis pendet tota lex & prophetæ. Latitudo planetæ significat latitudinem charitatis, quæ vsq; ad inimicos extenditur. Vnde: La Psal. 118. tum mandatum tuum nimis.

De manipulo. C A P V T. L V I I I.

C AEternum quia mentibus bene compositis & diuino cultui mancipatis saepe subrepit acidia, quæ quodam torpore reddit animu[m] dormientem, dicente Psalmista: Dormitauit ani. Psal. 118. ma mea præ tedio: In sinistra manu quædam ap ponitur mappula, quæ manipulus vel sudarium appellatur, qua sudorem mentis abstergat, & soporem cordis excutiat, vt depulso tædio vel torpore, bonis operibus diligenter inuigilet. Per manipulum ergo vigilancia designatur, de qua dominus ait: Vigilate, quia nelcitis qua hora Matth. 24. dominus vester venturus sit. Vnde sponsa dicit in Canticis: Ego dormio, &

Cant. 5.
cor meum vigilat.

De

INNOCENTII. PP.

De Mitra. CAPVT. LIX.

Mitra Pontificis scientiam vtriusque testamēti significat: nam duo cornua duo sunt testamenta, duæ tūmbræ, sp̄ritus & litera. Circulus aureus, qui anteriorem & posteriorē partem cōplectitur, indicat quod omnis scriba dōsus in regno celorū de thesauro suo noua profert & vetera. Cœueat ergo diligens episcopus, ne prius velit esse magister, quam norit esse discipulus, ne sic cœcus cœcum duxerit, ambo infoeueam cadant. Scriptum est enim in propheta: Quia tu scientiam repulisti, ego te repellam, ne facerdotio fungaris mīhi.

De annulo. CAPVT. LX.

Annulus est fidei sacramētum, in quo Christus sponsam suam sanctam ecclesiā subarauit, vt ipsa de se dicere valeat: Annulo suo subarravit me dominus meus i. Christus. Cuius custodes & paedagogi sunt episcopi & prælati, annulum pro signo ferentes in testimoniū. De quibus sponsa dicit in Canticis: Inuenierunt me vigilis, qui custodiunt ciuitatem. Hunc annulum dedit pater filio reuertenti, secundum illud: Date annulum in manū eius.

De baculo, & quare summus Pontifex
pastorali virga non vtitur.

C A P. L XI.

Baculus correptionem significat pastoralē, propter quod à consecratore, dicitur consecrato: Accipe baculum pastoralitatis. Et de quo dicit Apostolus: In virga veniam ad vos. Quod autem est acutus in fine, rectus in medio, retor-

tus in summo, designat quod pōtis ex debet per eam pungere pigios, tegere debiles, colligere vagos. Quod uno carmine versificator quidam expressit. Collige, sustenta, stimula vagā, moribida, lenta. Romanus autem Pontifex pastorali virga non vtitur, pro eo qd B. Petrus apostolus Baculus baculum suum misit Euchario primo episcopo S. Petri a Treuerorum, quē vnā cum Vacerio & Materno pud Tre ad praedicandum Euangelium genti Teuthoni: uerenses. cæ destinauit. Cui succēsīt in episcopatu Mater nus, quo baculo sancti Petri de morte fuerat suscitatus. Quem baculum vñq; hodie cum magna veneratione Treuerensis seruare ecclesia.

De pallio, vbi materia & forma secundum mysterium exponuntur.

C A P. L XII.

PAllium, quo maiores vtuntur episcopi, significat disciplinam, qua seipso & subditos Archiepiscopi debent regere. Per hanc acquiritur torques aurea, quā legitimè certantes accipiūt, de qua dicit Salomon in parabolis: Audi filimi Prover. i. disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ, vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. Fit enim pallium de candida lana conformatum, habens desuper circulum humeros conlij. stringentem, & duas lineas ab utraq; parte dependentes. Quatuor autem cruces purpureas, ante & retro, & à dextris, & à sinistris: sed à sinistris est duplex, & simplex à dextris. Hæc omnia moralibus sunt imbuta mysterijs, & diuinis grauidis sacramentis. Nam vt scriptura testa Eccl. i. tur: in thesauris sapientiæ significatio discipline. In

Matth. 13.

Ibid. 15.

Ose. 4.

Can. 5.

Lucæ. 15.

i. Cor. 4.

INNOCENTII. PP.

25

Esa.53.

In lana quippe notatur asperitas, in candore bē
nignitas designatur. Nam ecclesiastica discipli-
na contra rebelles & obstinatos severitatem ex-
ercet, sed erga pœnitētes & humiles exhibet pie-
tatem. Propter quod de lana non cuiuslibet ani-
malis, sed ouis tantum efficitur, quæ māsuetum
est animal. Vnde Propheta: Tanquam ouis ad

Luc.10.

occisionem duxit est, & quasi agnus coram tō-
dente se obmutuit, & non aperuit os suum. Hinc
est, q; illius semiuiui vulnēribus, quem Samarita-
nus duxit in stabulum, & vinum adhibetur &
oleum, vt per vinum mordeātur vulnē, & per
oleum foueantur, quatenus qui sanandis vulnē-
ribus præfēt, in vino morsum severitatis adhi-
beat, in oleo mollitiē pietatis. Hoc nimirūm &

Heb.9.

per arcā tabernaculi designatur, in qua cūta-
bulis virga continetur & manna. Quoniam in
mente rectoris cum scripturæ scientia debet es-
se virga distinctionis, & manna dulcedinis, vt se
ueritas immoderatē non sœuiat, & pietas plus q̄
expedit nō indulget. Circulus pallij, per quem
humeri constringuntur, est timor domini, per
quem opera coērcentur, ne vel ad illicita des-
fluant, vel ad superflua relaxentur. Quoniam dis-
ciplina sinistram cohibet ab illicitis formidine
pœnæ: dextram verò temperat à superfluis amo-
re iustitiae. Beatus ergo vir qui semper est paui-
dus. Nam iuxta sententiam Sapiētis. Timor dos-
mini peccatū repellit, qui verò sine timore exis-
tit, iustificari non poterit. Hinc est ergo, quod

Pro.28.
Eccles.1.

pallium & ante pectus & super humeros freque-
ter aptatur. Quatuor crucis purpureæ, sunt qua-
tuor

LIBER. I.

tuor virtutes politicæ iustitia, fortitudo, pruden-
tia, temperantia: quæ nisi crucis Christi sanguis
ne purpureatur, frustra sibi virtutis nomē viar-
pant, scilicet ad veram beatitudinis gloriam non per-
ducit. Vnde dominus inquit apostolis: Nisi abū Matth.5.
dauerit iustitia vestra plus quam scribarum &
phariseorum, non intrabitis in regnum cœlorū.

Hec est purpurea regis, * tincta canalibus, quā * Alias iun
Salomon commemorat in Canticis canticorum. Etia, alias
Is ergo qui gloria pallij decoratur, si cupit esse virgata.

quod dicitur, in anterio ri parte debet habere in Canti.7.
stīam, vt reddat vnicuiq; quod suum est. Pru-
dentiam in posteriori, vt caueat quod vnicuiq;
nocitum est. Fortitudinem à sinistris, vt eum ad
uersa non depriment. Temperantiam à dextris
vt eum prospera non extollant. Duæ lineæ, qua-
rum una post dorsum, & altera progreditur ans: us Sc con-
te pectus, actiua & contemplatiua vitā signi tēplatiua s-
ficat. Quas ita debet exercere prælatus, vt exem Exod.24:
plo Moysi nunc in montem ascendat, & ibi phi. 8.34. -
losophetur cum domino: nunc ad castra descens-
dat, & ibi necessitatibus immineat populorum,

prouisurus attētius, vt cum sāpe se dederit alijs,
interdum se sibi restituat. Quatenus & cū Mar: Luc.10.
tha circa frequens satagat ministerium, & cum
Maria verbum audiat Saluatoris. Vtraq; tamen
grauat inferius, quia corpus quod corruptiur, Sapient.9.
grauat animam, & deprimit terrena inhabita-
tio sensum multa cogitantem. Quapropter &
pallium duplex est in sinistra, & simplex in des-
xtra. Quia vita præsens, quæ pro sinistra accipi-
tur, multis est subiecta molestijs: sed vita futur
E ra,

Luc. 10.

ra, quæ per dextram designatur, in vna semper collecta quiete est. Quod veritas ipsa designavit, cum intulit: Martha Martha, sollicita es, & turbaris erga plurima. Porro vnum est nec clarius, Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea in æternum. Pallium duplex est in sinistro, quatenus ad tolerandas vitæ præsentis molestias prælatus fortis existat. Simplex in dextra, quatenus ad obtinendam vitæ futuræ quietem, toto suspireret affectu, iuxta verbum

Psal. 16.

Psalmista, dicentis: Vnam petij à domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo domini omnis. Tres acus bus diebus vita meæ. Tres autem acus, quæ pallio infiguntur ante pectus super humerum & gnent.

post tergum, designant compassionem proximi, administrationem officij, distinctionemq; iudicij. Quarum prima pungit animum per dolorum, secunda per laborem, tertia per terrorem. Prima pungebat Apostolum, cum dicebat:

2. Cor. 11.

Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vor? Secunda est, præter illa quæ extrinsecus sunt instantia mea quotidiaria, solicitude omnium ecclesiarum. Tertia,

2. Pet. 4.

si iustus vix saluabitur, impius & peccator vbi parebunt? Super dextrum humerum non infigunt acus, quoniam in æterna quiete nullus est afflictionis aculeus, nullus stimulus punctionis,

Apoc. 21.

Absterget enim Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & iam non erit amplius neque luctus, neq; clamor: sed nec ullus dolor, quoniam priora transferunt. Acus est aurea, sed inferius est acuta, & superius rotunda, lapidem continens

nens pretiosum, quia nimirum bonus pastor Propter curam ouium in terris affligitur, sed in cœlis æternaliter coronatur, vbi pretiosam illam margaritam habebit, De qua dominus ait in Euangilio: Simile est regnum cœlorum ho: Matth. 13. mini negotiatori quærenti bonas margaritas. Inuenta autem vna pretiosa margarita, abiit & vendidit omniaq; ux habuit, & emit eam. Dici: Vtus pallij tur autem pallium plenitudo pontificalis officij, quoniam in ipso, & cum ipso confertur pontificalis officij plenitudo. Nam arte quam Mestropolitanus pallio decoretur, non debet clericos ordinare, pontifices consecrare, velecclesias dedicare, nec Archiepiscopus appellari.

De armatura virtutum. C A P. L XIII.

Ista sunt arma quæ pontifex debet induere, contra spirituales nequitias pugnaturus. Nam, vt inquit Apostolus. Arma militia nostræ non sunt carnalia, sed ad destructionem munitionū potētia Deo. De quibus idem Apostolus in alia dicit epistola: Induite vos armaturā Dei, vt posse Ephe. 6. sitis stare aduersus insidias diaboli. State ergo succincti lumbos vestros in veritate, & induti lorica iustitiae, & calciati pedes in præparatio nem euangelij pacis, in omnibus fumentes scutum fidei, quo possitis oia tela nequissimis ignea extinguere: & galeam salutis assumite: & gladium spiritus, quod est verbum Dei. Prouideat Salubris ergo diligenter episcopus, & attendat sacerdos exhortationis studiis, vt signum sine significato non ferat, tio. vt vestem sine virtute non portet. Ne forte simi Matth. 23.

INNOCENTII. P.P.

Matth. 23. Iis sit sepulchro de foris dealbato, intus autem omni pleno spurcitia. Quisquis autem sacris indumentis ornatur, & honestis moribus non induitur, quanto venerabilior appetet hominibus, tanto indignior redditur apud Deum. Pontificalem itaque gloriam iam honor non commendat vestium, sed splendor animarum. Quoniam illa quæ quondam carnalibus blandiebantur obtutibus, ea potius, quæ in ipsis erant intelligentia poscebant. Ut quicquid illa velamina in fulgore auri & in nitore gemmarum, & in multitudine operis varietate lignabant, hoc iam in moribus auctibusq; clarescat. Quod & apud veteres venerantiam ipsa significationum species obtineret, & apud nos certiora sint experientia rerum, quam ænigmata figurarum. Tunc enim valles abundant frumento, quum arietum oviunt sunt induiti.

De quatuor coloribus principalibus, quibus secundum proprietates dierum vestes sunt distinguendæ

C A P. L X V.

Quatror autem sunt principales colores, quibus secundum proprietates dierum sacras vestes Ecclesia Romana distinguit, Albus, Rubeus, Niger, & Viridis. Nam & in legalibus indumentis quatror colores fuisse leguntur: byssus & purpura, hyacinthus & coccus. Albus induitur vestimentis in festiuitatibus confessorum & virginum. Rubeis in solennitatibus apostolorum & martyrum. Hinc sponsa dicta in canticis: Dilectus meus candidus & rubicundus,

Exod. 18.

Canti. 5.

LIBER. I.

27

candidus, eleucus ex millibus. Candidus in confessoribus & virginibus, rubicundus in martyribus & apostolis, Hi & illi sunt flores roscarum & lilia conuallium. Albis indumentis igitur vtrendam Quibus fœt in festiuitatibus confessorum & virginum propter intercricatam & innocentiam. Nam candi est albis. dis sunt fœt Nazarei eius, & ambulant semper cum eo in aliis. Virgines enim sunt, & sequuntur Apoc. 14. agnum quoconq; ierit. Propter eam causam vt enim est albis in solennitatibus angelorum. De quorum nitore dominus ait ad luciferum. Vbi Iob. 38. eras, cum me laudarent astra matutina? In nativitate Salvatoris & precursoris, quoniam vterque natus est mundus, id est, carens originali peccato. Ascedit enim dominus super nubem leuem, Esa. 19. id est, sumpsit carnem à peccatis immunem, & intravit Aegyptum, id est, venit in mundum iuxta quod angelus ait ad virginem: Spiritus sanctus tuus superueniet in te, & virius altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; quod nasceretur ex te, sanctus, vocabitur filius dei. Iohannes autem & si fuit cor�ceptus in peccato, fuit tamen sanctificatus in veteris, secundum illud propheticum: Antequam ex Hier. 1. ies de vulva, sanctificauit te. Nam & angelus ait ad Zachariam: Spiritus sancto replebitur adhuc Luc. 1. ex veteri matris suæ. In Epiphania propter splendorem stellæ, quæ magos adduxit secundum illud propheticum: Et ambulabunt gentes in lu. Esa. 66. minetu, & reges in splendorc ortus tui. In Hy. Vide Rōpopanti, propter puritatem Mariæ, quæ iuxta natale dicuntur canticum Simeonis, obtulit lumen ad revelatio novi. li. 7. nem gentium & gloriam plebis tuae Israël. In defesto Pu

E 3 coena

INNOCENTII. PP.

- rificatiōis cœna domini , propter confectionem Chriſma:
B. Mariæ. tis, quod ad mundationem animæ consecratur.
 Nam & Euangelica lectio munditiam principia:
Ioan.13. liter in illa solennitate commendat. Qui lotus
 est, inquit, non indiget, niſi vt pedes lauet, & eſt
Marc.16. mundus totus. Et iterum. Si non lauero te , non
 habebis partem mecum in resurrectione , pro-
 pter angelum testem & nuntium resurrectionis,
 qui apparuit stola candida coopertus , de:
Matth.28. quo dicit Matthæus , quod erat aspectus eius si-
 cut fulgur , & vſtimentum eius sicut nix. In
 Ascensione , propter nubem candidam in qua
 Christus ascendit. Nam & duo viri stererunt iux-
Actu.1. ta illos in vſtibus albis , qui & dixerunt : Viri
 Galilæi , quid statis aspicientes in cœlum , &c.
 Illud autem non otioſe notandum eſt, quod dicitur
 in consecratione pontificis talibus indumen-
 tis sit vtendum , consecrantibus ſcilicet & mi-
 nistris (nam consecrandus ſemper albis vtritur)
 qualis ſecundum proprietatem diei conueniūt.
 In dedicatione tamen ecclesiæ ſemper vtendum
 eſt albis , quoconque dierum dedicatio celebre-
 tur. Quoniam in consecratione pontificis can-
 tatur missa diei , ſed in dedicatione Basilicæ de-
 dicationis missa cantatur. Nam & ecclesia vir-
 gineo nomine nuncupatur , ſecundum illud Ai-
2. Cor.ii. postoli : Despondi enim vos vni viro virginem
 caſtam exhibere Chriſto. De qua ſponsus dicit
Canti.4. in Canticis: Totuſ pulchra es amica mea , & ma-
 culuſ non eſt in te. Veni de Libano ſponsa mea,
 veni de Libano , veni coronaberis. Rubeis au-
 tem vtendum eſt indumentis in ſolennitatibus
 aposto-

LIBER. I.

28

apostolorum & martyrum, propter fanguinem
 paſſionis, quem pro Chriſto fuderūt. Nam ipſi Apoc.7.
 ſunt qui venerunt ex magna tribulatione, & la-
 uerunt ſtolas suas in ſanguine agni. In festo Cru-
 cis, de qua Chriſtus pro nobis fanguinem ſuum
 fudit. Vnde propheta: Quare rubrum eſt vſti- **Eſa.63:9**
 mentum tuum , ſicut calcantium in torculariſ.
 Vel in festo crucis melius eſt albis vtendum, quia
 non paſſionis, ſed inuentionis, vel exaltationis
 eſt festum. In Pentecoste , propter sancti spiri-
 tus feruorem qui ſuper apostolos in linguis
 igneis apparuit. Nam apparuerunt illis diſper- **Actu.2.**
 titæ lingua tanquam ignis, ſeditque ſupra ſin-
 gulos eorum ſpiritus sanctus. Vnde propheta: Thre.1,
 Misit de cœlo ignem in oſibüs meis. Licet au-
 tem in apolloſorum Petri & Pauli martyrio ru-
 beis ſit vtendum , in Conuerſione tamen & Ca-
 thedra vtendum eſt albis. Sicut licet in nativi-
 tate Ioannis ſit albis vtendum , in decollatione
 tamen iphius vtendum eſt rubeis. Cum autem ille Virginita-
 lius festivitas celebratur, qui ſimul eſt martyris & ti præfere-
 virgo , martyrium aliás, præfertur virginitati, tur marty-
 quia ſignum eſt perfectissimæ charitatis, iuxta ſi-
 quod veritas ait: Maiorem charitatem nemo ha- **Ioan.15.**
 bet, quam vt animam ſuam ponat qui pro ami-
 cis ſuis. Quapropter in commemoratione om-
 nium sanctorum quidam rubeis vtuntur indu-
 mentis: Alij verò , vt curia Romana candidis:
 quium non tantum in eadem, ſed & de eadem ſo-
 lennitate dicat Ecclesia , quia sancti, ſecundum
 Apocalypſin Ioannis, ſtabant in cōſpectu agni, Apoca.7.
 amicti ſtolis albis , & palmæ in manibus eorum.

E 4 Nigris

INNOCENTII. PP.

Nigris autem indumentis vtendum est in die afflictionis & abstinentiæ, pro peccatis & pro defunctis. Ab aduentu scilicet vsq[ue] ad Natalis vigilam, & à Septuagesima usque ad sabbatum pasche. Sponsa quippe dicit in Canticis: Nigra sum, sed formosa, filia Ierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut ptilis Salomonis. Nolite me confundere, quod fusca sum, quia decolorauit me sol.

Festum in Innocentium autem die, quidam nigris, alij venocetum, rō rubeis indumentis vtendum esse contendunt.

Hier. 31. Illi propter tristitiam, quia vox in Rama auditæ est, ploratus & vulnus multus, Rachel plorans filios suos, & noluit consolari quia non sunt.

Matth. 2. Nam propter eandem causam cantica lœtitiae subcentur, & non aurifrigio mitra defertur.

Lucæ. 18. Ipsi propter martyrium, quod principaliter cōmemorans inquit Ecclesia: Sub throno Dei omnines sancti clamabant, via lice sanguinem nostrum qui effusus est, Domine noster. Propter tristitiam ergo, quam & silentium innuit lœtitiae canicularum, mitra quæ defertur non est aurifrigio insignita, sed propter martyrium rubeis est indumentis vtendum. Hodie utimur violaceis, sicut in Lætare Hierusalē, propter lœtitiam, quā aurea rosa significat. Romanus Pōtīfex portat mitram aurifrigio insignitam, sed propter abstinentiam nigris imo violaceis vtitur indumentis.

Restat ergo, q[uod] in diebus ferialibus & communibus, viridibus sit indumentis vtendum. Quia viridis color medius est inter albedinē & nigredinem & ruborem. Hic color exprimitur, vbi dicitur:

Cantic. 4. Cypicum Nardo, & Narduscum Croco.

Ad

C A P . L I B . I I .

29

Ad hos quatuor cæteri referuntur. Ad rubetum colorem coccineus, ad nigrum violaceus, ad viridem croceus. Quanuis nonnulli rosas ad martyres, Crocum ad confessores, Lilium ad virgines referant.

C A P I T V L A L I B R I S E C V N D I .

- 1 De accessu Pontificis ad altare.
- 2 De presbytero & diacono, qui deducunt hinc inde pontificem.
- 3 De subdiacono, qui præcedit, clausum portans codicem Euangely.
- 4 De pontifice qui peruenit ad altare, codicem osculatur apertum.
- 5 De processione Romani Pōtīfīcīs à secretario ad altare, vbi agitur.
- 6 De duobus diaconis qui ducunt pontificem.
- 7 De mappula quatuor baculis colligata, quæ super pontificem portatur extensa.
- 8 De cæreis & incenso.
- 9 De igne quem manipulo stupræ Pontifex appetit in choro.
- 10 De primicerio qui pōtīfīcīs præcedentis dextrum humerum osculatur.
- 11 De tribus sacerdotibus, qui corā altari reverenter iuclinat̄ os, et pectus Pōtīfīcīs osculat̄ es.

E 5

C A P . L I B . I I .

- 12 De processionis dispositione.
- 13 De confessione & peccoris tensione, In qua tria instantur, ictus, tactus, & sonus.
- 14 De incenso, quod sacerdos representat in capsula, & episcopus apponit Thuribulo.
- 15 De triplici osculo, videlicet oris, altaris, & peccoris.
- 16 De Thurificatione, qua pontifex incensat altare, et sacerdos Episcopum.
- 17 De forma Thuribuli, et de dupli causa thurificandi, spirituali et literali.
- 18 De antiphona qua dicitur ad introitum, et cur ipsa repetitur interposita gloria Trinitatis, et quis eam cantari constituit.
- 19 De Kyrie eleison, et quare novies decantatur, et quare sex vicibus dicitur Kyrie eleison et tribus Christe eleison.
- 20 De Gloria in excelsis, et de triplici pace, et quis hymnum angelicum cantari ad missam constituit.
- 21 De cædabris et Cruce, quæ super medio collocantur altaris.
- 22 De situ orandi, vbi agitur de mutatione sacerdotis ab una parte altaris ad alteram.
- 23 De salutatione maioris et minoris ad populum, vbi art⁹ de reuelatione capit⁹ cū oratur. Etiam ostenditur quoties popul⁹ salutatur ad missā.

C A P . L I B . I I .

30

- 24 Vtrum sacerdos minus quam duobus praesertibus debeat celebrare, vbi agitur q̄ in officio missæ angeli presentes existunt.
- 25 De oratione, conclusione, et responsione, vbi docetur unde sit forma orationis, conclusionis, et responsonis assumpta.
- 26 Quare orationes dicuntur collectæ, et quot sunt in missa dicenda, vbi traditur qui fuerunt authores.
- 27 De extēsione manū sacerdotis in missa, vbi traditur quare ministri sustentat hincinde manus pontificis, & quare sacerdos tenet coram eo librum sacramentorum.
- 28 De epistola qua præmittitur euāgeli⁹, vbi traditur quare subdiaconum legente epistolam solus comitatur acolytus: diaconum verò legentem Euāgeliū, tam subdiaconi, quam aco-lyti comitantur, ostenditur etiam quād epistola nec semper legitur de apostolis, nec semper legitur de prophetis, sed interdum sumitur de veteri testamento, interdū de nouo.
- 29 De reverentia, quam subdiaconus exhibet episcopo post epistolam, vbi traditur quare subdiaconus post finem epistolæ diaconus autem ante principium euāgeli⁹ reverentiam exhibet sacerdoti.
- 30 Degraduā, vbi monstratur, cur in die Pentecostes.

CAP. LIB. II.

- costes Graduale non dicitur. Officium etiam
Vnde dicatur, & qualiter sit cantandum.
- 31 De Alleluia, quare post graduale cantatur,
Vbi docetur quid significet Alleluia, qualiter
nomen eius interpretetur, & quis inspi-
tus ut cantetur ad missam.
- 32 De versu, qualis esse debet, & quod in corpo-
natur, & quis in officio misse triplingua
rum concurreat eluciferas.
- 33 De sacerdotis Iesu, dum epistolae leguntur, &
graduale cantatur.
- 34 De mutatione sacerdotis ab una parte alteris
ad alteranz, cum lectorus est Euangelium.
- 35 Quare diaconus, qui lectorus est Euangelium,
dextram pontificis oscularatur.
- 36 Quando manus & pedes summi pontificis de-
beant osculari, Vbi docetur, quod præter obla-
tionem panis, & eam que pro defunctis offer-
tur, quas manibus tagit, catervas recipit obla-
tiones ad pedes.
- 37 De benedictione, quā diaconus petit & accipit.
- 38 De susceptione codicis Euangeliū de altari.
- 39 De his qui precedunt Diaconem cum cære-
& incenso.
- 40 Qualiter subdiaconus in eundo sequitur, &
in redeundo precedit, referens Euangelium.
- 41 Quare diaconus per viam partem ascendit in
pulpitū

CAP. LIB. II.

31

- pulpitum, & per diam partem descendit:
Vbi docetur, quod diaconus cum silentio de-
bet procedere, nihil ferens præter codicem
Euangeliū.
- 42 Quare versus Aquilonem legitur Euangeliū,
Vbi traditur quod Euangeliū pronuntiari
debet in alto, ut qui lectorus est euangeliū,
consignet sibi os, pectus, frontem, & librum.
- 43 De crucis mysterio & de multiplici eius ef-
fectu.
- 44 Quomodo signum crucis sit exprimendum.
- 45 De salutatione qua præmititur euangelio.
- 46 De preeminentia euangeliū.
- 47 Quare post euangelium liber & thuribulum
ad episcopum reportantur.
- 48 De symbole quod post euangelium decanta-
tur, Vbi traditur quod & qui fuerint eius au-
thores, & quis illud constituit ad missam
cantari.
- 49 De duodecim partibus & triusque symboli, &
apostolici quam Constantinopolitani.
- 50 Quibus diebus symbolū fit dicendum in missa.
- 51 A quibus, & Vbi symbolū fit cantandum.
- 52 De offertorio, Vbi traditur quare post euange-
lium cantatur symbolū. & quare post sym-
bolū cantatur offertorium.
- 53 De silentio post offertorium.

- 54 De ablutione manuum antequam sacrificium offeratur.
- 55 De corporalibus, ubi docetur cur una pars extenditur, & altera complicatur.
- 56 De oblatis & incenso, ut dicit, quare sacerdos tertio circunducit & superducit incensum, & quare totum undeque incensatur altare.
- 57 De modo & ordine sacrificium offerendi, ubi agitur de aqua, quae cum vino miscetur in calice, ostenditur etiam cur sacerdos signat vniuersaque accipit.
- 58 De patina super quam sacrificium panis offeratur, ubi docetur, quare post suscepit am oblatam, sacerdos abscondit sub corporali patenam, vel ab altari remota, subdiacono traditur conseruanda, donec tempore fractionis ab eo resumatur.
- 59 De sacerdotis inclinatione.
- 60 De prefatione, ubi agitur de hymno partim angelico, partim humano, traditur etiā quis hymnum cantari constituit, quisue prefationem diētauit.
- 61 De prefationis expositione, ubi queritur ostenditur, quare cum nouem sint ordines angelorum, tres premituntur ex illis.

LIBER

Secundus.

De accessu pontificis ad altare,
C A P . I .

I S indumentis ornatus Episcopus ad altare procedit, duobus eum ducentibus hinc inde, sacerdote videlicet, & leuita, subdiacono praecedente, q[uod] clausum portat codicem Euagelij, donec episcopus ad altare perueniat, ibi q[ui] codice osculatur apertum. Hec omnia diuinis plena sunt sacramentis. Episcopus enim illū in se representat pontificē, de quo dicit Apo Hebr. 9. stolus: Christus assistens pontifex futurū bonū, per amplius & perfectius tabernaculū non manufactum, id est, non huius creationis, &c.

De presbytero & diacono qui ducunt pontificem hincinde.

C A P . I I .

Sacerdos & Leuita significant legem & prophetiam, secundū illud quod dominus ipse proponit in parabola fauciati, quia sacerdos quidā Luc. 10. descendit eadem via, & viso illo præteriuit, similiter & leuita. Moyses & Elias in figura legis & prophetiae apparuerunt in monte cum Christo Matt. 17. sto loquentes. Sacerdos ergo & leuita ducunt episcopum. Quia lex & prophetia Christum annuntia-

INNOCENTII PP.

annuntiauerunt & promiserunt. Moyses enim inquit in lege, prophetā suscitabit nobis Deus de fratribus nostris, ipsum tanquam me audietis. Et Esaias: Ecce veniet propheta magnus, & ipse renouabit Hierusalem.

De Subdiacono qui præcedit, clausum portans codicem euangelij.

C A P. I I I.

SVbdiaconus qui præcedit, Ioannem Baptistam significat, qui præcessit Christum in virtute Eliæ, parare domino plebē perfectam. Hic ante pontificem portat codicem Euāgelij: quia Ioannes ante Christum, prædicationem euangelicam inchoauit.

Matt. 3. Pœnitentiam (inquit) agite, appropinquabit enim regnū cœlorū. Quod autem liber clausus tenetur, donec pontifex ad altare perueniat, & tunc aperitur, hoc insinuat,

Apoca. 5. quod in Apocalypsi describitur. Quoniam nemo inuentus est dignus aperire librum qui scriptus erat intus & foris, & signatus sigillis septem, nisi Leo de tribu Iuda, radix David, qui librum

Altare ecclæ aperuit, & septem eius sigilla soluit. Per altare desideratur ecclesia, iuxta quod dominus dixit gnat. in Exodo: Si altare lapideum feceris mihi, non Edod. 20. ædificabis illud de sectis lapidibus. Quod sectio nem lapidum prohibet in altari, diuisionem fiducium reprobatur, ne ecclesia diuidatur per errores & schismata.

De Pôtifice qui peruenit ad altare.

C A P. I I I I.

Tunc ergo liber aperitur, cù episcopus peruenit ad altare. Quoniam ubi Christus primiti

LIBER II:

33

mitiuam apostolorum congregavit eccliam docens & prædicans, scripturæ mysteria reuelauit, Vobis inquit, datum est noscere mysterium re Luc. 8. gni Dei, cæteris autem in parabolis. Vnde post resurrectionem aperuit illis sensum, ut intelligere Luc. 14. rent scripturas. Rectius ergo facit episcopus, cù ipsem aperit librum euangelij, quanvis & per ministros suos Christus patefecerit mysteria scripturarum. Quod episcopus codicem euangelij osculatur, insinuat quod Christus pacem in euangelio prædicauit. Pacem meam, inquit, Ioann. 14. do vobis, pacem relinquo vobis: non quomo:do mundus dat, ego do vobis.

De processione Romani pontificis
à secretario ad altare

C A P. V.

CVM autem stationalis solennitas celebra tur, Romanus pontifex cum sex præfatis ordinibus à secretario processionaliter ad altare progrereditur, designâs, quod Christus exiuit à patre & venit in mundū. Hic autem processionis ordo generationis Christi seriem representat: quā Mattheus Euangelista describit: in qua sex Matt. 1. inueniuntur ordines personarū, à quibus Christus secundū carnem traxit originem, in munibes personā procepsit: patriarchæ videlicet & prophetæ, narū in generes & principes, pastores & duces. Abraham, unctione patriarcha, David propheta, Salomon rex, Sals Christi, mō princeps, Iudas pastor, Zorobabel dux.

Deduobus diaconis qui dicunt pontificem.

C A P. V. T. V. I. F. Duo

INNOCENTII. PP.

Duo diaconi qui ducunt pontificem, designant Abraham & David, quibus facta est incarnationis Christi recompensatio. Nam illi promissum est, In semine tuo benedicentur omnes gentes: isti pollicitum. De fructu ventris tui imponam super sedem tuam. Propter quod Evangelista signanter hos duos in generatione Christi praemisit. Liber, inquit, generatiois Iesu Christi filij David, filij Abraham. Ipsi sunt due columnæ, quas verus pacificus in vestibulo templi posuit ante ostium, quas ambit funiculus duodecim cubitorum, id est, quod fides duodecim Apostolorum complectitur, de quorum medio Christus ostium aperitur credentibus.

¶ De mappula, quæ portatur super Pontificem, quatuor baculis colligata.

C A P V T . VII.

Quatuor autem ministri super Pontificem ferunt Mappulam quatuor baculis colligatam, propter quod ipsi ministri popularij nuncupantur. Mappula quæ diuersis imaginibus est figurata, sacram scripturam signat, quæ multis mysterijs est insignita. Hæc quatuor baculis super pontificem portatur extensa, quia

Quatuor sacra scriptura quatuor modis super Christum sensus scriferunt exposita, secundum historiam, secundum allegoriam, secundum tropologiam, & anagogem. Hic est fluuius præterea. Gen. 1. paradisi, qui quatuor in capita diuisus progressus est mensa propositionis, quæ quatuor pedibus elevata subsistit. Hæc autem super pontificem extensa portatur, ut si venisse monstretur

L I B E R . II.

34

stretetur, quem lex scriperat & prophætæ. Nam ipse fœtus Christus à Moysè & prophætis, interpretabatur in omnibus scripturis, quæ de ipso erant. Propter quod alibi dicit: Si crescebo, Moysi, crederetis & mihi, ille enim de me scripsit.

¶ Decæreis & incenso.

C A P . VIII.

Et ideò præferuntur duo lumina cum incenso, quia lex & prophetæ cum psalmis Christi pronuntiauerunt aduentum Christi attestante qui ait: Necesse est imperi omnia quæ Lucæ. 24. scripta sunt in lege Moysi & prophetis & psalmis de me. In maioribus autem solemnitatibus Septem cæpta. in candelabra coram pontifice deferuntur, delabuntur, per quod illud ostenditur, quod Ioannes prophætor in Apocalypsi describit. Conueritus, inquit, vi missus di septem candelabra aurea, & in medio secessus est. ptem cædelaborum aureorum similem filio hominis Apocalypsi minis vestitum podere, ut ille per hoc aduenire monstretur, super quem requieuit spiritus gratiæ septiformis secundum vaticinium Esaiæ. Esai. ii. Egredietur, inquit, virga de radice lessæ, & flos de radice eius ascendet, & requiescat super eum spiritus domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini.

¶ De igne quem manipulo stuppare pontifex apponit in choro.

C A P . IX.

In quibusdam basilicis circa medium chori manipulus stuppare super columnam appensus ditur.

F 2 ditur.

- ditur, cui pontifex ignem apponit, vt in conspe-
ctu populi subito comburatur. Per hoc secun-
dum aduētū commemorans, in quo Christus
iudicabit viuos & mortuos & seculū per ignē.
- Psalm. 42.** Nam ignis in conspectu eius exardestet, & in
circuito eius tempestas valida. Ne quis ergo ma-
lē securus existat, qui per primum blanditur,
per secundum exterret. Quia qui iudicandus
venit in primo, iudicaturus veniet in secundo.
Vel potius, quia secundum apostolum Iaco-
bum vita nostra vapor est ad modicum parens,
pontifex ignem apponit in flammam, ne forte
qui gloriosus incedit, in temporali gloria dele-
betur. Nam omnis caro fœnum, & omnis glo-
ria eius quasi flos fœni.
- Iacob. 4.**
- Ezai. 40.**
- 1. Pet. 2.**

De primicerio, qui pōtificis dextrū
humerum osculatur.

C A P. X.

CVm autem pontifex appropinquit altari,
primicerius scholæ cantorū accedēs, dex-
trum ipsius humerū coram astantibus oscula-
tur. Quia quū Christus nasceretur in mundo, an-
gelus ille cū quo facta est cœlestis militiae multi-
tudo laudantiū Deum, natiuitatē eius pastorib⁹
patefecit. De quo dicit propheta. Puer natus est
nobis, & filius datus est nobis, &c.

De tribus sacerdotibus, qui coram altari
reuerenter inclinat̄:os & pectus

Pontificis osculant̄.

C A P. XI.

TRes sacerdotes qui ponrifici venienti co-
ram altari reuerenter occurrunt, & incli-
nantes

nantes os eius osculantur & pectus, tres illos ma-
gos signant, qui venerunt Hierosolymam, dicē-
tes: Vbi est qui natus est rex Iudæorum? Et pro: Matt. 1.
cidentes adorauerunt inuentum, & apertis the-
sauris, obtulerunt ei munera, aurū, thus, & myr-
ham. Per geminum osculum, geminā in Chri-
sto naturam confitentur, diuinā scilicet & hu-
manā: diuinā quasi latentem in pectore, huma-
nam quasi patentē in ore, quas quoq; per oblata
munera magi mystice figurarunt. Osculum e-
stīm est signū reuerētiæ. luxta quod Hester sum Hester. 5.
mitatem virgæ regis legitur osculata.

De processionis dispositione.

C A P V T. XII.

DIsponitur aurē ista processio velut castro: Cant. 6.
rum acies ordinata. Nam & maiores &
fortiores quasi custodes exercitus præueniunt
& sequuntur. Minores quasi debiliores colligū-
tur in medio, præcedunt episcopi & presbyteri,
subsequuntur pontifex & diaconi, colliguntur
in medio subdiaconi & acolyti. Cantores quasi Cantores
tubicines præcedunt exercitum, vt eum ad præ: velut tubi-
lium contra dæmones excitent & inuitent. De cines.
quo prælio inquit Apostolus: Non est nobis col Ephe. 6:
luctatio aduersus carnem & sanguinem, sed ad-
uersus principes & potestates, aduersus mundi
restores tenebrarum harum, contra spiritua-
lia nequitiae in coelestibus. Vndē: Buccinare in Psal. 80.
næomenia tuba in die insigni solennitatis ve: Crux ve-
stræ. Crux ergo quasi regale vexillum præmit: xillum.
titur & præfertur, vt fugiant qui oderunt eum Psal. 67.
à facie eius. Nobis ergo absit gloriari nisi in Gal. 6.

INNOCENTII PP.

truce domini nostri Iesu Christi, per quem mundus nobis crucifixus est, & nos mundo crucifigi debemus.

De cōfessione & pectoris tunstione,
in qua tria notantur, ictus, tactus, &
sonus. CAPVT. XIIII.

Prou. 18.

*Rit⁹ mil **Q**Via iustus verò in principio sermonis accusator est sui, Pontifex * ad altare perfē ab apo ueniens, & ad seipsum reuertens, a n stolis deri tequam ordiatur sacrum officium, de peccatis uari docet suis cum astantibus confitetur, psalmum illum Vvald. de præmittēs, qui manifeste per totum sibi ad hoc sacramēt. dinoſcitur pertinere & conuenire. Iudica me tit. 4. c. 31. Deus, &c. vt discretus à gente non sanctus: & ab Psalm. 41. homine liberatus iniquo, ad altare Dei dignus Confessio introeat. Illud autem in hac confessione notan generalis. dum est, quia non (vt quidam minus prouide faciunt) in specie, sed in genere cōfitenda sunt peccata, quoniam ista confessio non est occulta, sed manifesta. Percutimus autem peccatum, cum confitemur peccata, quatenus exemplo pu

Lucæ. 18.

blicani, qui percutiebat peccatum suum, dicens: Domine propiti esto mihi peccatori, iustifica: ti descendamus in domum. In percusione tria Tria ī pcc: sunt, ictus, sonus, & tactus. Per quā signantur iſ nitentia la tria quā sunt in vera pœnitentia necessaria, querūtur. videlicet cordis contritio, oris confessio, & ope ris satisfactio. Nam sicut tribus modis peccatum: scilicet, corde cogitando, ore loquendo, & ope re perpetrando, ita tribus modis pœnitere debemus, scilicet, corde per dolorem, ore per pudorem, & opere per laborem.

De

LIBER. II.

36

De incenso, quod sacerdos repreſen: tat in capsula, & episcopus ap: ponit Thuribulo.

C A P V T . X I I I . I.

INgressurus* ergo pótifex ad altare, incésum * D. Th. 3. apponit thuribulo, per hoc illud insinuans, p. q. S. 3. art. quod angelus venit & stetit ante altare habens 5. ad. 2. thuribulum aureum, quod impletuit de igne al. Apoca. 8. taris, & data funtei incensa multa, vt daret de orationibus sanctorum. Angelus enim Christus, thuribulum aureum corpus immaculatum, altare Ecclesia, ignis charitas, incensum oratio secundum illud propheticum, Diriga: Psal. 148. tur oratio mea, &c. Venit ergo angelus, id est, Christus stetit ante altare, id est, in conspectu Ecclesie, habens thuribulum aureum, id est, corpus immaculatum, plenum igne, id est, charitate, & data sunt ei incensa multa à fidelibus, id est, orationes, vt daret, id est, presentaret eas patri de orationibus sanctorum, non dicit orationes tantum, quia Christus non omnes orationes exaudit, sed de omnibus illis quae pertinent ad salutem. Vnde cum Paulus ter rogasset 1. Cor. 12. dominum, vt ab eo stimulum carnis auferret, Respōdit ei Dominus: Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Episcopus ergo thus apponit thuribulo, quia Christus orationem inspirat animo, vt per ipsum offeratur incensum dignum in odorem suauit. Merita notatis, ipse nos præuenit in benedictione dulcedi stra dona mis, vt eius donum sit nostrum meritum, quia non Christi sunt accipit nisi quod tribuit. Sine me (inquit) n̄ loan. 15.

F 4 hil

Exod. 30. hil potestis facere, quia palmes non potest ferre fructum à semetipso nisi manserit in vite. Sacerdos autem incésum representat Episcopo, quia lex illud pretiosum thymiamam confecit quod in odorem suavitatis offertur altissimo, de quo dominus subdit in Exodo: Talem compositionem non facietis in usus vestros, quia sanctum est dñs. Homo quicunq; simile fecerit, ut olore illius perfruatur, peribit de populis suis. Fuerit qui dicent, quod si thuribulum descendat ab altari, tunc aliud ibi thus sine benedictione ponendum est, & hominibus offerendum, tanquam illud spectat ad latriam, istud ad duliā. Melius tamen secundum spiritum quam secundum literam intelligitur. Nam litera occidit, spiritus autem vivificat.

2. Cor. 3. De triplici osculo, videlicet oris, altaris, & pectoris.

C A P V T. X V.

Christus sponsus ecclesiæ. **T**unc accedens Episcopus ad altare, oscula tur sacrum altare, significans, quod Christus adueniens, sanctam sibi copulauit ecclesiam secundum illud epithalamium. Osculetur me osculo oris sui. In osculo siquidem os ori coniungitur. Et in Christo non solum humanitas est unita divinitati, verum etiā sponsa sposo est copulata, secundum illud propheticū: Quasi sponsam decorauit me corona, & quasi sponsam ornauit me monilibus. Vnde Ioannes, Qui habet sponsam sponsus est. Nā in sole posuit tabernaculum suū, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Deinde cōuersus episcopus oscula-

Cantic. I. **T**unc accedens Episcopus ad altare, oscula tur sacrum altare, significans, quod Christus adueniens, sanctam sibi copulauit ecclesiam secundum illud epithalamium. Osculetur me osculo oris sui. In osculo siquidem os ori coniungitur. Et in Christo non solum humanitas est unita divinitati, verum etiā sponsa sposo est copulata, secundum illud propheticū: Quasi sponsam decorauit me corona, & quasi sponsam ornauit me monilibus. Vnde Ioannes, Qui habet

Ezai. 61. sponsam sponsus est. Nā in sole posuit tabernaculum suū, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Deinde cōuersus episcopus oscula-

Ioan. 3. sponsam sponsus est. Nā in sole posuit tabernaculum suū, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Deinde cōuersus episcopus oscula-

latur diacones, ut ostendat pacem illam, in aduentu Christi venisse, quam prophetæ promiserant. Vnde Dauid. Orietur in diebus eius iusti: Psal. 44. tia & abundantia pacis, donec extollat urluna. Psal. 71. Alius iterum propheta. Pax erit in terra nostra Hier. 23. cum venerit. Et ideo Christo nascente, vox intonuit angelorum. Et in terra pax hominibus bonae voluntatis. Osculum enim quandoq; pacem signat. Iuxta quod dicit Apostolus. Salutate vos Rom. 16. inuicem in osculo sancto, Deus autem pacis sit cum omnibus vobis. Diaconus ergo statim inclinans osculatur pectus episcopi, designansq; inspiratione diuina prophetæ prædixerunt pacem futurā. Nam & Ioannes supra pectus Christi Ioan. 15. recumbens, euangelij fluenta, de ipso sacro dominici pectoris fonte potauit.

De Thurificatione, qua pontifex incensat altare, & sacerdos Episcopum.

C A P V T. X VI.

Episcopus ergo thuribulum accipiens à diacono, sacrum incusat altare. Quia Christus corpus assumens de genere prophetarū factus ex semine Dauid secundum carnem, suis orationibus souet Ecclesiam, secundum quod orat in Euangelio: Pater sancte, ego pro eis rogo, & nō Christus tantum pro eis, sed pro illis, qui credituri sunt orat propter verbum eorum. Quod autem diaconus thureclosia. ribulum recipit, ut incusat Episcopo, moraliter Ioan. 17. instruit, quod si dignè volumus incensum orationis offerre, thuribulum incarnationis debemus tenere. Nam sine fide mediatori homines Heb. 11. Deo placere non possunt, sed iuxta verbum pro

F 5 missio-

Matth. ii. missionis ipsius. Si quid petierint credentes in oratione accipient. Per thuribulum enim verbum accipitur incarnatum.

De forma thuribuli, & de duplice causa thurificandi, spirituali & literali.

C A P. XVII.

Nam sicut in thuribulo pars superior & inferior tribus catenulis vniuntur: ita tres in Christo sunt vniiones, quibus diuinitas & huma-

Tres in nitas coniunguntur. Vnus carnis ad animam, Christo vs. vnus diuinitatis ad carnem, & vnus diuinitatis niones. ad animam. Quidam autem quartam vniione assignant, videlicet Deitatis ad compositum ex anima simul & carne. Nam & quedam thuribula quatuor habent catenulas. De hoc thuribulo

Num. 10. Moyses specialiter inquit ad Aaron: Tolle thuribulum, & hausto igne de altari, mitte incensum desuper. Præter mysticam rationem, ob hoc

Fumo su: etiam incensatur altare, quatenus ab eo omnis gari dæmonis nequitia propellatur. Fumus enim innes. censi valere creditur ad dæ nones effugandos. Tobiae. 6. Vndè cum Tobias interrogasset angelum, quod * D. Tho. remedium haberent ea quæ de pisce iussérat ser. 3. p. q. 83. ar uari, Respondit, cordis eius particulam si super ti. 4. Vval: carbones pones, fumus eius omne genus dæmon. de his niorum extricat.

omnib⁹ li. * De Antiphona quæ dicitur ad introitum, & cur de sacra ipsa repetitur, interposita gloria Trinitati. mentali. tis, & quiseam cantari constituit.

4.c.31. C A P V T. XVIII.

* Cœci. Va: Interea chorus concinit Antiphonam ad insense. c.7. Introitū, quam repetit, interposita gloria * Trinitatis,

nitatis. Porro sicut introitus sacerdotis aduentū Christi signat: Sic antiphona quæ dicitur ad introitum, defyderium aduentus eius signat. De quo dominus inquit apostolis, Multi reges & Matth. 13. propheta voluerunt videre quæ vos videtis, & Luc. 10. non viderunt, & audire quæ auditis, & non au- dierunt. Chorus ergo dilatat animam suam, & Introitus in iubilo canta introitum. Quoniam prophætæ, patriarchæ, reges & sacerdotes omnesq; fide- les aduentum Christi cum magno defyderio ex peccabant, clamantes & implorantes. Emittit agnū Esaie. 16. domine dominatorem terræ de petra deserti ad montem filii Sion. Veni domine & noli tarda- re, relaxa facinora plebis tuæ Israël. Hinc ergo Simeon ille iustus & senex, benedixit & dixit. Nunc dimittis seruum tuum domine, secundum Lucae. 2. verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuum. Ex eorum ergo persona cātatur introitus, per quos Christus intravit in mundū. Luxta quod Apostolus. Et cum introducit pri- Heb. 1. mogenitum in orbem, dicit: Et adorent eum os- mnes angeli eius. Antiphonæ repetitio multipli cationem clamoris insinuat. Vndè propheta: Esaie. 28. Manda remanda, expecta, & reexpecta, modi- cum ibi, modicum ibi. Si moram fecerit expecta Abac. 2. eu quia veniens veniet, & non tardabit. Interpo- sitio Gloriæ designat captationē benevolentia, uterim quod expectabat facilius obtineret, ad totam Trinitatem cū glorificatione cantabant: Ostende nobis domine misericordiā tuā, & fa- llatore tuum da nobis. Qui sedes super Cherubim, appare corā Estraim, Beniamin & Manasse. Psalm. 84. Quorum

Psal. 79: Quorum tandem clamorem spiritus sanctus ex
 Esa. 61: audiuit, vngens eum oblatione præ conforti
 Luc. 4: bus suis. Et al euangelizandum pauperibus de:
 Celestin⁹ stinavit. Secundum quod ipse filius per proph:
 Papa. tam testatur. Spiritus domini super me eo quod
 * Vvaldē. vnxit me, ad euangelizandum pauperibus mi:
 c. 31. citato sit me. Hoc ergo desyderium antiquorum in:
 docet hæc troitus præsentat, non secundum intellectum li:
 esse ab apo teræ, sed iubilo cantilenæ. Celestino papa cons:
 tolis initii stituit, ut psalmi David C L. ante sacrificium ca:
 tuta. Dio: nerentur * antiphonatim ex omnibus, quod an:
 nyf. c. 3. Ec tea non siebat, sed Epistola tantu n & Euange:
 clef. Hier. lium legebantur, excepti sunt ergo de psalmis
 Iusti. apol. introitus, gradualia quocunq; ac offertoria, nec
 2. ad Anto non communiones que cum modulatione co:
 niuum. perunt, ad missam in Ecclesia Romana cantari.
 Antiphona Antiphona Græcæ, Latinæ dicitur vox recipro:
 na. ca, quia duo chori reciprocando vicissim melo:
 diarum cantus alternant.

* Vvaldē. * De Kyrie eleison, & quare nouies decanta:
 c. citato ex tur, & quare sexviciis dicitur Kyrie
 Grego. li. eleison & tribus Christe eleison.
 9. registri

C A P V T. X I X.

epist. 8. ad Ioānē. D. C Vm ergo iam tempus plenitudinis, & an:
 nus benignitatis aduenerit, sicut prædictū Tho. ar. 4. fuerat à Psalmista, Tu exurgens misereberis
 supra citâ Sion, quia venit tempus miserendi eius, cōgrue:
 to. cōci. Va chorus tunc concinendo subiungit Kyrie ele:
 fense. c. 5. son, quod interpretatur, domine miserere. Vn:
 Psal. 101. dè prophetæ, Domine miserere eius & exaudi.
 Esaï. 33. Dicit autem hic nouies contra nouem genera
 Nouē ge: peccatorum, Est enim peccatum originale, mor:
 tale

tale & veniale, hoc est, serpens, mulier & vir. nera pec:
 Serpens enim, id est, concupiscentia suggestor. originaliter. Mulier, id est, delectatio comedit
 venialiter. Vir, id est, ratio cōsensit mortaliter. Item est peccatum cogitationis, locutionis, &
 perpetrationis. Cogitationis in corde, loquutio
 nis in ore, perpetrationis in opere, hoc est, mors
 in domo, mors in porta, mors, in monumento
 Rursus est peccatum fragilitatis, simplicitatis,
 & malignitatis. Fragilitatis per impotentiam,
 simplicitatis per ignorantiam, malignitatis per
 inuidentiam. Hoc est, peccatum in patrem, pec:
 catum in filium, peccatum in spiritum sanctum.
 Et ideo chorus dicit ter ad patrem Kyrie elei:
 son, ter ad filium Christe eleison, ter ad spiritū
 sanctum Kyrie eleison. Sed ad patrem & spiritū
 sanctum sub eodem tantum vocabulo. Quia pa:
 ter & spiritus sanctus sunt eiusdem naturæ tan:
 tum. Ad filium verò sub alio, quia filius etsi sit
 eiusdem naturæ cum illis, est tamen etiam alte:
 riis, ut geminæ gigas substantiæ. Vel ideo dici:
 tur nouies, vt ordo decimus ex hominibus repa:
 ratus, nouem associetur ordinibus angelorum.
 Beatus Gregorius Kyrie eleison ad missam can Grego. i.
 tari præcepit à clero, quod apud Græcos ab o:
 mni populo cantabatur.
 De Gloria in excelsis, & de triplici pace, & quis
 hymnum angelicum cantari ad missam
 constituit. C A P. X X.
 M Ox sequitur hymnus angelicus, tempora:
 li Christi nativitati perhibens testimoniū, quem ille primus inchoando pronuntiat,
 qui

qui angelum magni consilij representat. Chorus autem concinendo prosequitur, quia subito facta est cum angelo multitudo ministeriæ cœlestis laudantium & dicentium: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bona voluntatis. Hymnus iste, non ratum est angelorum, sed hominum congratulantium, quod mulier illa quæ perdidera drachmam decimam iam lucernam accenderat ut drachmam perditam inueniret. Et pastor dimissis nonaginta nouem oubus in deserto, iam venerat, ut quæreret centesimam ouem quā amiserat. Ante nativitatem enim

Tres inimici Christi, tres erant inimicitarū parietes, Primus inimicitarū inter Deum & hominem. Secundus inter angelum & hominem. Tertius inter hominem & hominem. Homo namq; per inobedientiam creatorem offenderat, per suum casum restorationē angelicam impedierat, per varios ritus se ab homine separauit. Iudæus namq; ceremonias excolebat. Gentilis idolatriam exercebat, vtrisq; ritus alterius displicebat. Sed veniens pax vera, fecit vtraq; vnum, destruxit inimicitarum macerias, & concurrentes parietes in se angulari lapide copulauit, ut de cætero unum esset ouile &

Triplex unus pastor. Abstulit ergo peccatum, & reconciliavit hominem Deo. Reparauit casum, & restitum recōciliavit hominem Deo & angelo. Destruxit ritus, & reconciliavit hominem homini. Reconciliatio.

Col. 1. restaurauit ergo secundum Apostolum, quæ in cœlis & quæ in terris sunt. Et ob hæc cœlestis militia multitudo psallebat: Gloria in excelsis, id est, in angelis, Deo: & in terra pax Iudæis hominibus

minibus & Gentibus bonæ voluntatis. Hinc est etiam quod angelus loquitur & congaudet pastoribus. Quia pax est inter homines & angelos reformata. Nascitur Deus homo, quia pax est inter Deum & hominem restaurata. Nascitur in præsepi bouis & asini, quia pax est inter homines & homines reparata. Per bouem enim Iudaicus, per asinum Gentilis populus figuratur, secundum illud: Cognovit bos possessorum suū, Esa. 1. & asinus præsepe dominis sui. Symmachus Pas. Symmachus constituit tam die dominico, quam natalitijs chus. PP. martyrum Gloria in excelsis ad missam cantari, quem hymnū * Thelephorus nonus à B. Pe. thelephortro ad missam nocturnam Natalis domini (quā rus. PP. idem constituit) cantari præcepere. Et in eo, ea * Epistola quæ sequuntur, verba angelorum adiecit. Quā prima De quam pluribus asseratur, quod ea B. Hilarius cretali. Pictaviensis adiecerit.

De candelabris & Cruce, quæ super medium collocantur * altaris.

CAP. XXI.

* De altari Optatus e psc. lib. 6.

AD significandum itaq; gaudium duorum cōtra Dōcē popularū, de nativitate Christi letantium, natī. Chri in cornībus altaris duo sunt constituta candelæ: fons, hombra, quæ mediante cruce, faculas ferunt accentus primæ fas. Angelus enim pastoribus inquit: Annuntio ad Corint. vobis gaudium magnū, quod erit omni populo, D. Tho. 3. quia natus est vobis salvator, &c. Hic est verus p. q. 83 ar. 3 Isaac, qui risus interpretatur. Lumē autē cādela Lucæ. 2. bri, fides est populi, nam ad Iudaicum populum Genes. 13. inquit

- Esa. 60. inquit propheta: Surge illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuum, & gloria domini super te orta est. Ad populu verò gentilem dicit Apo-
stolus: Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Nam & in ortu Christi noua stel-
la Magis apparuit, secundum vaticinum Ba-
laam. Orientur, inquit, stella ex Iacob, & consur-
get virga ex Israël. Inter duo candelabra in alta-
ri crux collocatur media, quoniam inter duos po-
pulos Christus in ecclesia mediator existit, lapis
angularis, qui fecit utraq. vnum. Ad quē pasto-
res à Iudea, & Magi ab oriente venerunt.

De situ orandi. CAPVT. XII.

- P**ontifex oratus ad sedem ascédit, & stans collectam pronútiat, quam libro legit aper-
to. Quia secundum euangelica testimonia ve-
nit Iesus in Nazareth, ubi erat nutritus, & intra-
uit secundum consuetudinem die sabbati in sy-
nagogam, & surrexit legere. Et traditus est eili-
ber Eiaiae prophœtæ, quem ut reuoluit, inuenit
locum ubi erat scriptum: Spiritus domini super
me, propter quod vnxit me. Et cum plicuisse li-
brum, reddidit ministro, & sedit. Porro secun-
dum consuetudinem aliorum episcoporum, cum
episcopus orat, ad dextram consistit altaris. In
Abac. 3. hoc illud signas, quod fuerat prophetatum, Deus
Dextru & ab austro veniet. Et quoniam ea quæ sunt leta, si
sinistru in gnantur per dextram, ea quæ sunt tristia, per si-
altari quid nostram, Idcirco pontifex ad dextram partem al-
designat. taris primum accedit, ut gaudium dominicæ na-
tivitatis ostendat. Deinde post euangelium ad
sinistram conuertitur, ut tristitiam passionis in-
sinuet.

sinuet. Sed iterum redit ad dextram, vt gaudiū
resurrectionis annuntiet. Hoc ipsum Ezechiel
in descriptione quatuor animalium figurauit.
Facies, inquit, hominis, & facies leonis à dextris
ipsorum quatuor. Per hominem quippe natu-
ritas, per iconem resurrectio, per bouem immo-
latio designatur. Et ideo facies hominis & facies
leonis erant à dextris, facies autem vituli erat à
sinistris, quia naturitas & resurrectio gaudium
intulerunt, passio verò tristitia in inspirauit, pro-
pter quod ipse dicebat: Tristis est anima mea Matth. 26.
vñq; ad mortem. Debet ergo sacerdos *versus Orare ver
orientem orare, quia visitauit nos oriens ex ali. sus oriēto.
to. De quo legitur: Ecce vir oriens nomen eius, *Damas
cuius argumentum in libro Sapientiae reperitur, cen. lib. 4.
Oportet, inquit, ad lucis orientem adorare. Nō de fid. or-
g diuina maiestas localiter in oriente consistat, thod. c. 13.
que tamē esentialiter est vbiq; Coelum, inquit, Basi. de spi-
& terram ego impleo. Sed quia timentibus Deu. ri. san&c. c.
orientur sol iustitia, qui illuminat omnem homi. 27. Tertul.
nem in hunc mundum venientem. Nam & tem. li. de coro:
plum Salomonis, & tabernaculum Moysi legi: na mil.
tur ad orientem ostium habuisse. Magister in hi. Zacha. 6.
istoria libri Regum. Quia sub veteri testamento Sapien. 16.
ingressus templi erat ab oriente in occidentem, Hiere. 23.
ad significandum, quia omnes ante Christi pat. Iudæi ver-
sionem tendebant ad occasum, id est, ad infer. sus occidē
num post mortem: nunc verò fit ingressus in tē. té orabat.
plum ab occidente in orientem, ad figurandum
ortum nostrum & ascensum ad gloriam. In illis
autem ecclesijs quæ habent ostium ab occiden-
te, sacerdos coram altari consistens ut adoret ad
G oriētem

IN N O C E N T I I . P P .

orientem, semper in salutatione se conuertit ad populum, excepto præfationis & fractionis articulo, cum orationibus totus intentus, & cor habet. Corin. ii. ber, sursum ad dominum, & eucharistiae peragit.

* De his o sacramentum.

mnib⁹ q̄ se Defalutatione maioris & minoris ad populū. quoniam Dio Et de reuelatione capit is cum oratur.

nysl. c. 3. li. C A P V T . X X I I I .

d'ecclias. **O**ratur episcopus mitram deponit, quia Hier. & lu vir secundum Apostolum reuelato capite stin⁹ mar. debet orare, quatenus inter ipsum & Deum nullum in apolog. lumen malitiae sit velamen, ut reuelata facie, domini aduersus nighoram contempletur.

gentes. 1. * De salutatione Pontificis & Sacerdotis ad Dominus Populum. C A P . X X I I .

vobiscum. **P**ontifex ergo salutationem præmittit ad post.

* Chrysos. **P**ulum, dicens: Pax vobis, illius vtens euangelio hom. 18. se: gio, cuius fungitur pontificio. Minor autem secunda ad cardos cum salutat populum, ait: Dominus vobis. Corinth. bisco. * Quod vtiq; verbum Booz legitur dixit Vval. de sa se messoribus, quod intelligitur Booz quoque, sic cramenta. guram salvatoris expressisse. Quia Ruth Moabit. 4. c. 31. biticam duxit vxorem. Chorus autem vtriq; re Ruth. 1. spondit: Et cum spiritu tuo. Quod sumptum est Pax vobis. ex epistola Pauli ad Timotheum, Dominus, in * Chrysos. quid, Iesus Christus cum spiritu tuo. Ut autem hom. 33. in episcopus ostendat se Christi vicarium, prima Matth. & vice dicit: Pax vobis. Quonia* hæc fuit prima hom. 3. ad vox Christi ad discipulos, cum eis post resurrectione Colof. Cy: & ionem apparuit. Ad instar vero sacerdotum ril. 11. 12. in cæterorum dicit postea: Dominus vobiscum, vt Ioh. c. 54. se vnu ex ipsis ostendar. Ceteru septem vicibus populus

L I B E R . II .

42

pulus salutatur in missa, quatenus exclusis septem Septem sa- vitijs capitalibus, suscipiat gratiam septiformē, lutationes * Vtrum sacerdos non minus quam duobus in missa.

præsentibus debeat celebrare.

* Anaclet.

C A P . X X I I I I .

epist. i. So-

Statum est autem in sacris canonibus, vt ther. epist. Nullus presbyterorum missarum solennia ce. 1. D. Tho. lebrare præsumat, nisi duobus præsentibus, sibi 3. p. q. 83. ar que respondentibus, ipse tertius habeatur. Quia ti. 5. ad. 12. cum pluraliter ab eo dicitur: Dominus vobiscum. De confessione. Et illud in secretis. Orate pro me, apertissime costratiōe dīuenit, ut illius salutationi respondeatur à pluri. sanct. 1. c. bus. Verum aliud est necessitatis articulus, & Hoc quoque aliud religionis contemptus. Piè quoque credens, que.

dum est, & sacrī autoritatibus comprobatur, quod angeli Dei comites assistant orantibus, se Angelorum secundum illud propheticum, In conspectu angelorum præsentia lorū psallam tibi, &c. Et angelus ad Tobiam. in missa. Quando orabas cum lachrymis, ego obtuli ora: Psalm. 137. tionem tuam domino. Sed & in canone contine Tob. 12.

tur: Supplices te rogamus omnipotens Deus, iubibe haec perferrri per manus angelitui sancti in sublime altare tuū, &c. Sanè quilibet homo habet angelū suū ad custodiā. Vnde legit in actis Apostolorum, q̄ cum puella, quæ cucurrit ad Actu. 11. ostium, Petri nuntiaret aduentū, dicebat: Ange Matth. 18. lus eius est. Et dñs loquens in Euangelio de parvulis, ait: Angeli eorum semper vident faciem patris. Illos igitur habemus in oratione participes, quos habebimus in glorificatione cōsortes.

Deoratione, conclusione, & oratione.

C A P V T . X X V .

G 2 Salutatione

INNOCENTII. PP.

Chrysos. **S**alutatione præmissa, per quā auditores redi lib. 6. de Sa dantur attenti, subdit * orationes quæ desiderio & gnatur in Apocalypsi, per fumum aromatum hom. 71. in qui ascendit in conspectu domini de manu ange Matth. D. li. Christus enim verus homo passioni propter Tho. 3. p. nos destinatus, cuius illa vox est, Holocausta & q. 83. art. 4. pro delicto nō postulasti, tunc dixit, ecce venio, Aug. epif. semper vnitum sibi verbum pro nobis orabat. 107. & 57. Quis secundum Apostolum, in diebus carnis sua Apoca. 8. preces supplicationesq; ad Deum, qui saluum il Psalm. 39. lum facere posset à morte, cum clamore valido Heb. 5. & lachrymis offerens exauditus est in omnibus. * Vval. ex pro sua reuerentia. Quod autem* in fine oratio sanctis lib. nisi subiungitur, Per dominum nostrum Iesum de Sacra Christum: Illud signat, quod ipse dicit in Euangelio. Quicquid petieritis patrem in nomine 4. c. 31. meo, fiet vobis. Non enim per aliam viā ad nos Carthagi. æterna Dei beneficia possunt deuenire, quam non. 3. c. 31. per eum qui est mediator Dei & hominum, ho-

Per dñm mo Christus Iesu. Sicut per mediantem crystallo nostrū Ielum mutuamus ignem, in escam suppositam in sum Chri: sole longinquō. Sumptum est autem de epistola stum. Ad Romanos. Gloriamur, inquit, in Deo per Iohan. 15. & dominum nostrum Iesum Christum. illud autē 19. quod sequitur. Qui tecum viuit & regnat in vni 1. Tim. 2. tate spiritus sancti Deus, ita potest simpliciter,

Qui tecū sed non imprudenter intelligi, Qui cum patre viuit. &c. viuit & regnat in vnitate spiritus sancti Deus, id est, vñā cū sancto spiritu. Nam pater & filius & spiritus sanctus sunt unus Deus. Vel in vnitate spiritus sancti, id est, in spiritu sancto, qui est vnitas patris & filij, amor & connexio vtriusq;

Pet

LIBER. II.

43

Per omnia secula seculorum, hoc consecutiū & antonomatice, sicut cantica cantorum. Amen Amen. optantis vel affirmantis ostendit affectum, nam *i. Corint. in fine psalmorū vbi dicimus, fiat, fiat, Hebreus 14. dicit, amen, amen. Et Christus in euangelio sæ, iusti, misericordie dicit, amen amen dico vobis, hoc est, verum typos apolo. verum dico vobis, secundum illud quod alibi dicit. Sit sermo vester, est test. Respicit ergo vel ad Matth. 5. formam orationis, vt quod oratur optetur. Vel ad modum conclusionis, vt quod concluditur, affirmetur, verbi gratia, cum sacerdos orat: Da nobis quæsumus domine salutem mentis & corporis, populus optando respondet, Amen, id est, fiat. Vel cum sacerdos concludit, qui tecum vivit & regnat in vnitate spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum. Populus affirmando respondet. Amen, id est, verum est.

Quare orationes dicuntur collectæ, & quot in missa dicendæ. CAP. XXVI.

Orationes quæ circa principium missæ dicuntur, collectæ vocantur, eò quod sacerdos qui fungitur ad Deum legatione pro populo, petitiones omnium in eis colligat & concludat, proprietamen collectæ dicuntur, quæ super collectam populi sunt, dum colligitur populus, ut ad stationem faciendam, de vna ecclesia procedant ad alteram. Orationum vero plures & Varij orationes fuerunt autores, & intantum earundē numerus & diuersitas ex crescebat, quod octauum tores. Africanum concilium, cui B. Augustinus inter Conci. Missuit, ita constituit. Nullæ preces vel orationes, leuitanū. vel missæ, vel prefationes, vel commendationes,

G 3 vel

INNOCENTII. P.P.

c.11. & Lao vel manus impositiones dicantur, nisi in concilium dicē, c. 59, lio fuerint approbatæ. Nā & Gelasius papa tam à se quam ab alijs compositas preces dicitur ordinasse. Beatus autem Gregorius seclusis his, quæ nimia vel incongrua videbantur, rationabilia coadunavit, & congrua multa per se necessaria superaddens. Quidam vero modum & ordinem excedentes, intantum orationes multiplicant, ut auditoribus suis tedium generent & fastidium. Cum econtra dominus dicat in euangelio: Cum oratis, nolite multum loqui, sicut faciunt ethnici, putant enim se in multiloquio exaudiri. Vnde cum ei dixisset apostoli: Domine, doce nos orare, compendiosam orationem eos edocuit. Pater noster qui es in celis, &c. Huius ergo orationis formam sequentes sacerdotes in missa septenarium numerū non excedant. Nam Christus septem petitionibus omnia corporis &

Collectæ animæ necessaria comprehendit. Quia Deus nū in numero mero impari gaudet, summoperè quidam obseruari possunt, ut impares dicant orationes in missa, vel unam, vel tres, vel quinq; vel septem. Vnam vel tres, propter unitatis sacramentum vel mysteriū trinitatis. Quinq; vel septē, propter quinq; partitam domini passionem, vel spiritum gratiæ septiformis. Deus enim diuisionem & discordiam detestatur. Vnde cum ceterorum dierum operibus benedixit, operibus secundæ diei bendifixisse non legitur. Quia binarius rumerus a unitate recedit, & ab eo ceteri diuissibiles numeri sortiuntur originem. Et caendum est. Si forte collecta pro defuncto misceatur, nō finalis sed penultima,

penultima, vel antepenultima dicatur: quia finis ad suum debet torqueri principium. In missa autem pro defunctis non debet interponi oratio pro viuis, nisi illa communis, Omnipotens semperne Deus, qui viuorum. &c.

De extenſione manuum sacerdotis in missa.

CAPVT. XXVII.

STans ergo pontifex ad orandum manus eleuat & extédit, astribus hinc inde miti stris, qui manus eius sustentat, sacerdote corā eo tenēt sacramentariū. Lex quippe istud sacramentū insinuat. Legitur enim in Exodo: Quod cū Israēl p[ro] Exod. 17. gnaret aduersus Amalech ī deserto, Moyses ascēdit in verticē collis, cumq; leuaret Moyses manus, vincebat Israēl. Si autem paululum remisisset, Amalech superabat, Aaron & Hur sustentabant manus eius ex vtrāq; parte. Et factū est ut manus eius nō lassaretur, vsq; ad solis occasum, fugauitq; Iosue Amalech & populū eius in ore gladij. Propter hoc ergo sacerdos extendit manus in missa cum orat. Nam & Christus cum ex. Lucæ. 23. pandisset manus in cruce, pro persecutoribus orauit & dixit: Pater dimitte illis, quia nesciunt quid faciūt. Moraliter instruens, quia Christus semper paratus est recipere p[re]ntentes. luxta Ioan. 6. quod ipse promisit: Omne quod venit ad me nō sensus alieni foras. Cū autē verus Moyses, id est, Christus legoricus. stus eleuat manus, id est, impedit auxiliū & solatium, vincit Israēl, id est, ecclesia. Nā si Deus pro Rom. 8. nobis, quis contra nos? Sin autem paululum manus remittit, id est, si peccatis exigētibus subtrahit auxilium & solatium, superat Amalech, id est

G 4 diabolus.

Roma.6. diabolus. Quia non est volentis, neq; currentis,
sed Dei miseren̄tis. Quia verò Christus promi-
Matt, vlti, sit ecclesia: Ecce ego vobiscum sum vsq; ad con-
summationē seculi. Ob hoc Aaron, id est, mons
fortitudinis, & Hur, id est, ignis charitatis, suste-
tant manus ipsius, vt in fortitudine ferat auxilium,
& ex charitate solatium, ne manus eius laf-
sentur vsque ad solis occasum, id est, vsque ad fi-
nem mundi. Sicq; Iosue duce, id est, Christo du-
ctore Israël fugit Amalech, & populum eius, id
est ecclesia superat diabolum & exercitum da-
monum in ore gladij, id est, per virtutem ora-
tionis. Gladius enim est verbum Dei. Si quis en-
go vult orationis virtute superare diabolum, de-
bet eleuare manus, id est, actus ad Deum, vt eius
conuersatio sit in cœlis. Vndè demissas manus
erigite, & genua debilia roborate. Nam eleuas
Col.3. tio manuum est sacrificium vespertinum. Bona
*Dionys. est oratio cum ieiunio & elemosyna. Fides au-
c.3.li.de ec cem sine operibus mortua est. Leuenmus ergo pu-
cles. Hier. ras manus sine disceptatione, querentes quæ sur-
D. Tho.3. sum sunt, non quæ super terram, Vbi Christus
p.q.8;art. est in dextra Dei sedens.
4. Vvalde. * De epistola quæ præmittitur euangelio.
de Sacra C A P V T. XXVIII.

menta. tit. **E**pistola quæ præmittitur euangelio, præcur-
4.c.32. **E**soris designat officium, quod Ioannes ante
Subdiaconos Christum exercuit, qui præiuit ante faciem domi-
nus Ioānē ni parare vias eius. Sicut ipse testatur: Ego vox
Baptistam clamantis in deserto parare viam dñi. Ioannes
rep̄sentat. ergo quasi subdiaconus fuit, id est, subminister
Ioan.1. illius qui de se dicit. Nō veni ministrari, sed mini-
strare.

strare. Lex enim quasi pædagogus, infantē Dei Matt.10:
populum per manū Moysi custodiendum su-
scipiens, illius aduentum docuit expectare, quæ
eidem populo iam adulto, per os digitumque
Iohannis presentem in carne monstrauit, vnde
eum ducēs sequeretur ad regnum. Ecce, inquit, Ioh. 1.
agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Præ Collatio
cessit nāque lex euangeliū, sicut vmbralucē, legis ad e-
virga spiritum, timor charitatem, initium per uangeliū.
fectionem, dominantis præceptum, amantiscō Ioh. 1.
siliū. Nam lex per Moysen data, gratia & ve-
ritas per Iesum Christum facta est. Epistola ve-
rò vox legis est, suam imperfectionem Iohannis
testimonio profitentis, & ad perfectionem euā
gelicam transmittentis. Hic est, inquit, de quo
dixi vobis. Qui post me venit, ante me factus
est, cuius non sum dignus corrigiam calciamen-
ti soluere: me oportet minui, illum autem cre-
scere. Non erat ille lux, sed vt testimoniu perhi-
beret de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat
omnem hominem venientem in hunc mundū.
Lex quippe neminem duxit ad perfectionem. Hebr.7.
Hinc est ergo quod subdiaconum legentem epi-
stolam vnu acolytus comitatur, diaconum ve-
rò legentem Euangeliū, tam subdiaconus
quām acolyti comitantur. Quia prædicationē
Iohanni pauci sequuntur sunt, sed prædicationem
euangeliij plurimi suscepereunt. Vndè discipuli
leguntur dixisse Iohanni. Rabbi qui erat tecum Iohann.3.
trans Iordanem, cui testimoniū perhibuisti, ec-
ce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum. Vt ter-
cognoit Iesus, quia pharisæi audierunt, &
G 5 Iesus

I N N O C E N T I I . P P.

L I B E R . I I .

46

Iesu plures discipulos facit quam Joannes, reliquo
Ioannes Baquit Iudeam, &c. Quia vero Ioannes fuit lis-
pri. vt li: mes precedentium & sequentium, medius inter
mes fuit. apostolos & prophetas. Nam lex & prophetæ
Matt. II. usque ad Ioannem, & ex eo regnum Dei euans

gelizatur, & omnis in illud vim facit: ideo nec
epistola semper legitur de prophetis, nec semper
de apostolis, sed interdum sumitur de vete-
ri testamento, interdum de novo, quia Ioan-
nes, cuius vocem representat epistola, cum anti-
quis prædictis Christum veterum: Qui post me
venit, ante me factus est, & cu: modernis Chris-
tum ostendit præsentem, Ecce agnus Dei qui

Epistola tollit peccata mundi. Epistola vero Graecæ, La-
superero, tinè supermissio vel supererogatio nuncupa-
gationē sit, quod nomen bene congruit literis aposto-
gnificat. licet, quæ supererogata sunt euangelio, de qui-
bus frequentius leguntur epistole. Apostolicus

Luc. 10. enim ordo per illum stabularium intelligitur,
cui Samaritanus commisit hominem a latro-
nibus spoliatum, vulneratum & semiuiuum re-
latum, proferens duos denarios, & dicens ei:
Curam illius habe: & quodcumque supereroga-
ueris, ego cum rediero, reddam tibi.

De reuerētia, quā subdiaconus exhibe-
bet episcopo post epistolam

CAP. XXIX.

Matt. 11. Quid autem subdiaconus, cum acolyto ad
sacerdotem post lectam epistolam accedit, illud insinuat, quod Ioannes cum au-
disset in vinculis opera Christi, mittens duos ex
discipulis suis: ait illi, Tu es qui venturus es,

an aliū expectamus? vt per visa miracula Chris-
tum iam venisse cognoscerent. Vnde respon-
dens Iesu, ait illis: Euntes renuntiate Ioanni
que vidistis & audistis. Cæci vident, claudi am-
bulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mor-
tui resurgunt, pauperes euagelizantur. Et quia Psal. 117.
dextra domini fecit virtutem, ideo subdiaconus
osculatur sacerdotis dextram. Quia vero per vi-
sa miracula cognovit hunc esse de quo magis-
ter prædixerat, Qui post me venit, ante me fa-
ctus est, cuius non sum dignus corrigiam calcia-
menti soluere. Pronus ad pedes, calciamentum Osculū pē-
Romani pontificis osculatur. Sacerdos vero dum
subdiaconum benedit, quia Christus commen-
davit Ioannem. Quid, inquit, existis in deser. Matt. 3. &
tum videre, prophetam? Etiam dico vobis, & II.
plus quam prophetam. Amē dico vobis, inter na-
tos mulierum non surrexit maior Ioanne Bapti-
sta. Subdiaconus ergo post finem, sed diaconus
ante principium lectionis ad sacerdotem acce-
dit, & exhibet reuerentiam, quia lex accepit finem
in Christo, sed euangelium originem sum-
psit ab ipso. Nā lex & prophetæ usq; ad Ioannem,
euangelium & apostoli post Ioannem.

De graduali.*

CAP V T. X X X.

* D. Tho.

& Vvald,

V Erum quia Ioannes pœnitentiam prædicat locis cita-
bat. Pœnitentiam, inquit, agite, appropinatis. c. 28.
quabit enim regnum cœlorum. Et iterum:
Facite dignos fructus pœnitentie. Merito post Graduale
epistolam graduale consequitur, quod pœni- lamētum
tentie lamentum insinuat. Propter quod in pœnitentie.
dietus

I N N O C E N T I I . P P .

diebus Pentecostes tollitur de officio, quia vide
licet dies illi futurum in regno Dei felicem ec-
clesiae statum significat. Quando iam area Chri-
sti ventilabro quod est in manu eius purgata,
grana reponentur in horreo felicitatis æternæ.
Dicitur autem graduale à gradibus humilita-
tis, vt pote illi conueniens, qui ne cum ascendet
de virtute in virtutē, sed adhuc in valle lachry-
marum positus, iam tamen ascensiones in corde
disposuit. Rectius ergo faciunt, qui graduale nō
festiuū, aut modulationis vocibus efferunt. Sed
quasi cantum grauem & asperum simpliciter
Apostolo: potius & lamentabiliter canunt. Potest tamen
rū vocatio responсорium illud quod graduale vocatur, ad
post præ: vocationem apostolorum referri, quando Chri-
dicationē sto vocante, Venite post me, ipsi nō tantum mo-
Ioānis Ba modo verbo se opere responderunt, quia reli-
ptistæ.

Ioann. i. & tis omnibus secuti sunt eum, & ideo graduale
cantatur: quoniam apostoli gradiebantur post
dominum, discipuli post magistrum. Post epi-
stolam ergo graduale cantatur, quia post præ-
dicationem Ioannis discipuli sunt sequuti Chri-
stum. Sicut Ioannes Euangelista describit. Sta-
bat, inquit, Ioānes & discipuli eius duo, & respi-
ciens Iesum ambulat̄em dicit, Ecce agnus Dei,
ecce qui tollit peccata mundi: & audierunt eum
discipuli duo loquentem, & sequuti sunt Iesum.

Andreas. Erat autem Andreas frater Simonis Petri unus
ex duabus, qui audierunt à Ioāne, & sequuti eū
fuerant. Hic graduale cantauit, cum inuenit fra-
trem suum Simonē, & dicit ei. Inuenimus Mes-
sim, quod est interpretatum Christus, & ad-
duxit

L I B E R . I I .

47

duxit eum ad Iesum. Philippus quoque gradua Philippus
le cantauit, cum inuenit Nathanaëlem, & dicit
ei: Quem scripsit Moyses in lege, & prophetæ, * Alleluia
inuenimus Iesum filium Ioseph à Nazareth, ve- est, laudas
ni & vide.

De Alleluia.*

C A P V T . X X I .

Post luctum sequitur consolatio, nam beati cellam. D.
qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Tho. & V.
Et ideo post graduale cātatur alleluia, quod si vāld. locis
gnificat ineffabile gaudium angelorum & ho- citatis. c.
minum in æterna felicitate lētantium, hoc est, 28.
semper laudare Deum. Nam beati qui habitant Matt. 5.
in domo tua domine, in secula seculorum lauda Psalm. 83.
bunt te. In voce exultationis & confessionis for. &c. 141.
nus epulantis. Quid sit alleluia. III. psalmus ex-
ponit, cui cū alleluia præmittatur in titulo: Sta-
tim psalmus exponendo titulum incipit, Lauda
te pueri dominum. Hoc ineffabile gaudium, vi-
ta præsenis in opia nullatenus habere meretur,
sed prægustans illud in spe, sitit & esurit quod
gustauerit, donec spes mutetur in rem, & fides
in speciem. Quapropter hoc nomē Hebraicum Alleluia,
ininterpretatum remansit, id est, interpretatū
non fuit, vt peregrinum ab hac vita gaudium,
peregrinum quoq; vocabulum signaret potius
quam exprimeret. Cuius mysteriū, velut quod-
dam gaudij stillicidiū, de diuitijs supernæ Hie-
rusalem, primum in mentem patriarcharum &
prophetarum, post in apostolorum ora plenius
per spiritum sanctum delapsum est. Quoniam
igitur alleluia futuræ beatitudinis quasi propriū
est vos.

est vocabulū, iure magis eo tempore frequentātur, quo Christus resurgens, eiūdem beatitudinis spem nobis tribuit & promissum meritum. Ut autem alijs temporibus caneretur ad misericordiam, olim ecclesia Romanae consuetudo non erat, sed à beato Gregorio constitutum, imò postius restauratum est. Nam à tempore Damasi papæ, cum prius fuisse, eadem consuetudo defecit. Deniq; cum de his & quibusdam alijs quosdam murmurare sentiret, tanquam Constantiopolitanæ ecclesie consuetudinem sequeretur, non est designatus reddere rationem, dicitur.

Rō beati cens: Nos in nullo horum aliam ecclesiam secundum Gregorij tifsumus. Nam vt alleluia hic non diceretur, de pro Alle. Hierosolymorum ecclesia ex beati Hieronymi Iuia. lib 9 traditione tempore beatæ memoriae Damasi regist. episc. papæ traditur tractum, & ideo in hoc magis illā

consuetudinem amputauimus, quæ hic à Græcis tradita fuerat. Canimus ergo alleluia post graduale canticum lætitia post luctum pœnitentiae, summopere volentes exprimere magnitudinem consolationis, quæ reposita est lugentibus, jubilantes potius quam canentes, vnamque breuem digni sermonis syllabam in plures uinas protrahimus, vt iocundo auditu mens attornata repleatur, & rapiatur illuc, vbi semper erit vita sine morte, dies sine nocte, certe sine fortè, iocunditas sine dolore, securitas sine timore, tranquillitas sine labore, fortitudo sine debilitate, rectitudo sine peruersitate, pulchritudo sine deformitate, veritas sine fallacia, charitas sine malitia, felicitas sine miseria. Potest tñ alleluia referri

referri ad exultationem eorum, qui de miraculis Christi gaudebant laudantes dominum, & dicentes: Quia vidimus mirabilia hodie, & quia Luc. 5. & 7. visitauit dominus plebem suam. Tunc enim can. Ibidio, & tabatur in iubilo alleluia, cum omnis plebs ut vi 13. dicit dedit laudē Deo, omnis populus gaudebat in vniuersis quæ gloriolē siebant ab eo. Nam & septuaginta duo reuersi sunt cum gaudio dicentes. Domine, etiam dæmonia subiectiūtur nobis in nomine tuo. Hinc est quod à septuagesima usq; Septuagesima ad pascha non cantatur alleluia. Quia tempore tristitiae non debet carmen lætitiae decantari, secundum illud propheticum: Quomodo cā Psal. 139. tabimus canticū domini in terra aliena? Septuagesima nāc; tempus Babylonicæ captiuitatis representat spiritualiter, in qua super flumina Babylonis sedentes & flentes in salicibus organa suspenderunt. Canitur autem tractus, qui cum Tractus asperitate vocum tum prolixitate verborū mi seriam præsentis incolatus insinuat. De qua dicit psalmista: Heu mihi quia incolatus meus p. Psal. 119. longatus est, habitacum cum habitatibus Cedar, multum incola fuit anima mea.

De versu, qualis esse debeat, & qualiter interponatur:

C A P V T. X X X I I.

Quod autem interposito versibus Alleluia Gemina cantatur, designat quod interea lætitia, stola sancti geminam lætificationis stolam ac sacerdotum, cipient, mentis & carnis: sive cordis & corporis. Nam secundum stolam mentis, exultabunt Psal. 140. sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis. Sapient. 3.

Secun-

Sapien. 3. Secundum stolam carnis, fulgebunt iusti, & tanquam scintilla in arūdineto discurrent. Versus ergo nihil sinistrum aut triste, sed totum iocundum & dulce debet sonare, quales sunt: Dominus regnauit decorum induitus est. Dominus regnauit, exultet terra. Jubilate Deo. Iustus ut palma florebit: Quoniam absterget Deus omnem lacrymam ab oculis sanctorum, & iam non erit amplius neque luctus neque clamor, sed nec ullus dolor, quoniam priora transierunt. Hoc ipsum significat, quod in quibusdam ecclesijs frequentia post alleluia cantatur, suavi iubilo dulcique canore. Notandum est autem quod in officio missae, trium linguarum concurrit diuersus guarus dicas, ut omnis lingua confiteatur, quia dominus uersitas in Iesu Christus in gloria est Dei patris. Quod & missa. titulus crucis ostedit, qui scriptus fuit literis Hebreis, Græcis, & Latinis, Iesus Nazarenus rex Iohann. 19. Iudeorum.

De sacerdoti confessu, dum epistola legitur, & graduale cantatur.

C A P. XXXIII.

Hacten tacitus sedebat sacerdos, illud insinuans, quod prædicante Ioanne, Christus quodammodo tacebat, quia non prædicabat apertere. Sed ut tradit Euangelista. Postquam traditus fuit Iohannes, venit Iesus in Galilæam, prædicans Euangelium regni Dei. Vel quia sedere victoris est, seorsim sacerdotis Christi victoriam signat, qui post ieiunium vicit diabolum. Nam reliquit eum tentator, & accesserunt angeli & ministrabant ei,

De

Mare. I.

Matt. 4.

De mutatioe sacerdotis ab una parte alteris ad aliam, cum lecturus est Euangelium.

* Cōci. Vā
lētinū. c. 18.

C A P V T. XXXIII.

Anastasi⁹

His ergo rite præmissis, sacerdos ad sinistrā prim⁹ in eam partem ait, accedens, pronunciat Euāgeliū, pīst, ad epi gelium, * significans quod Christus non venit sc̄. Germ. vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. c. i. D. Th. luxta quod ipse dicit in Euangelio: Quia nō in eis & Vvald. digēt qui sanis sunt medico, sed qui male habēt: locis citatis per dextrā enim iusti, per sinistrā peccatores c. 18. figurantur. Propter quod dominus quidem in Matth. 9. iudicio statuet oues à dextris, hædos autem à Matth. 25. sinistri. Quidam tamen in hoc loco dixerunt, Alia rō. quod ideo sacerdos in principio missæ consistit ad dextram. Cum autem pronunciat euangelium, conuertitur ad sinistram. Et circa finem, iterum reddit ad dextram. Quia cultus fidei, pri Malac. 4. mo fuit in populo Iudeorum, deinde transiit Apoca. ii. ad gentes. Et circa finem iterum reuertetur ad Iudeos, ad prædicationem Enoch & Eliæ, qui conuertent corda patrum in filios, quoniam in Roma. ii. diebus illis saluabitur Iuda, & reliquæ Israél saluæ fient. Sed cum sacerdos qui pronunciat Euāgeliū, ipsi⁹ Christi representet personā, & Christus nō prædicauerit Gētib⁹, sed Iudeis, iuxta quod ipse dicit in Euāgilio: Nō sum missus nisi Matt. 15. ad oues, quæ perierūt domus Israél; utrum illud teste dicarū, prudens auditor aduertat.

Quare diaconus, qui lecturus est Euāgeliū, dextrā pontificis osculatur.

C A P. XXXV.

H Porro

I N N O C E N T I I . P P .

Porrò cum Episcopus celebrat, omnia solens
Pius peraguntur. Diaconus enim dextra Pó-
tificis osculata, codicem Euangeli suscipiens de
altari, benedictionem postulat ab Episcopo,
qua data procedit ad pulpum præcedentibus
ceroferarijs, qui faculas ferunt accensas & thu-
ribulum cum incenso. Iam figura mutatur. Nam
Diaconus, qui prius repræsentabat prophetam,
modo repræsentat Euangelistam. Inquit enim
lex & prophetæ usque ad Ioannem, ex eo auté

Matt. II. regnum cœlorum euangelizatur. Puteus altus
Esai. 12. est, sed si fuerit diligenter eruderatus, hauries-
mus aquam in gaudio de fontibus saluatoris.
Diaconus ergo dextrâ Pótificis osculatur, quia
prædicator euangelizare debet pro gloria sem-
piterna, pro qua sponsa dicit in Caticis. Dextra
illius amplexabitur me. Nam & angelus, qui re-
surrit & ionis Christi gloriam venerat nuntiarc,

Cant. I. sedebat ad dextrâ, stola candida coopertus. Li-
Marc. 16. cetergo secundū apostolū, qui seminat spiritua-
lia, metere possunt carnalia. Non est tamē semi-
I. Cor. 9. nandū pro carnalibus & terrenis, sed pro spiri-
tualibus & æternis. Nam qui seminat in benedi-
ctionibus, de benedictionibus & metet vitam

z. Cor. 9. æternam: Mercenarius enim est, qui de prædi-
cationis officio non querit præmium sempiter-
num, sed commodum temporale.

Quādo manus & pedes summi pon-
tificis debeat osculari.

C A P . XXXVI.

Osculum
pedum. **C**AETERUM subdiaconus vel Diaconus non
manus, sed pedes Romani Pontificis oscu-
latur,

L I B E R I I : 76

latur, vt & summo Pontifici summatam exhibeat
reuerentiam: & cum illius ostendat vicarium es-
se, cuius pedes osculabatur mulier quæ fuit in ci **Lucæ. 7.**
uitate peccatrix. Adorandum est enim scabel Psalm. 98,
Iam pedum eius, quoniam sanctum est, cuius pe-
des mulieres tenentes resurgentē à mortuado **Ioann. 20.**
rauerunt. Generaliter autem nemo debet ma-
nus summi pontificis osculari, nisi cum de mani Osculari
bus eius aliquid accipit, vel cum ad manus eius manum.
aliquid tribuit, vt offendatur quod ex utroque
debemus ei gratias exhibere. Quia sicut semper
dat propria, sic nunquam recipit aliena. Ipse ve-
rō præter oblationem panis nullam aliam obla-
tionem manibus tangit, nisi quæ pro defunctis
offertur. Quia ideo manibus accipit, vt eorum Oblatio
sigillet errorem, qui dogmatizant, eleemosy: pro defun-
tas non valere defunctis. Panem verò tangit & tis.
propter reuerentiam sacrificij, quod ex pane
conficitur. Eo quia vicarius est illius qui de se
dicit: Ego sum panis viuus, qui de cœlo descen- **Ioan. 6.**
di. Cæteras autem oblationes ad pedes accipit,
propter illud quod in Actibus apostolorum ha- **Actu. 4.**
betur, quoniam offerebant pretia eorum quæ
vendebantur, & ponebant ante pedes Apo-
stolorum.

De benedictione, quam diaconus
petit & accipit.

C A P V T . X X X V I I .

Vsipiens ergo diaconus codicem Euangeli
sus, benedictione postulat ab episcopo, quia
nullus debet prædicare, nisi mittatur secundum
illud Apostoli: **Quomodo prædicabunt nisi Roma. 10.**
H 2 prius

INNOCENTII PP.

- Matth. 9. prius mittantur. Et dominus inquit Apostolis:
 Luc. 10. Messis quidem multa, operarij autē pauci. Ro-
 gate ergo dominum mēsis, vt mittat operarios
 Efai. 6. in messem suam. Esaias quoque cum audisset vo-
 cem domini dicentis: Quem mittā? & quis ibit
 ex vobis? Respōdit, Ecce ego, mitte me. Dicit:
 q̄d dominus. Vade, & dices populo huic, audite
 Cur dico audientes, &c. Pontifex ergo visibiliter benedi-
 no, & non cit Diacono, qui lecturus est Euāgelium, quod
 subdiacono: non fecit subdiacono quia lecturus erat episto-
 no benedictio: quia Christus inuisibilis manens, legem &
 citur. prophetas, quæ per epistolam significantur, in:
 Matth. 10. uisibiliter misit & docuit, Eentes (inquit) prædi-
 cate dicentes, appropinquabit regnum cœlorū.
 Baruc. 3. Sed postquam in terris visus est, & cum homini-
 bus conuersatus est, Apostolos & Euangelistas
 visibiliter misit. Illi autem egressi circuibant ca-
 stella, euangelizantes & curantes vbique.

De susceptione codicis Euāgeliij de altari.

C A P V T . XXXVIII.

- Efai. 8. **T**extus Euāgeliij sumitur de altari, quia de-
 Sion exhibet lex, & verbum domini de Hie:
 Differētia iusaleim: non vtiq; lex Mosaica, quæ quondam
 inter legē exierat de mōte Sinai, sed euāgeliaca lex de qua
 Mosaicā dicit Propheta: Ecce dies veniunt dicit dñs, &
 & euange conferuabo testamētū nouū super domum
 licam. Israēl, & super domum Iuda, non secundum te-
 stamentum quod dedi patribus eorum, cum eis
 ducerem eos de terra AEgypti. Sed dabo leges
 meas in mentes eorum, & in corde eorum su-
 perscribam eas, & ero illis in Deum, & ipsi erit
 mihi in populum. Lex quippe Mosaica scripta
 fuit

L I B E R . II.

51

fuit in tabulis lapideis. Sed lex euāgeliaca scribi-
 tur in tabulis cordis digito Dei. Nam illa daba-
 tur habētibus cor lapideū. Sed hæc datur obē: Psal. 17.
 dientibus, sicut ipse dicit in psalmis: Populus
 quem non cognoui seruit mihi, in auditu au-
 ris obediuīt mihi.

De his qui præcedūt Diaconē cum cereis
 & incenso. CAP. XXXIX.

Diaconus præmittit ceroferarios cum facu-
 lis & incenso, quia prædictor debet ex se Prædicā
 odorē bonæ opinionis emittare. Secundū illud tor bonæ
 apostoli: Christi bonus odor sumus deo, in omni opinionis
 nī loco. Nam cuius vita despiciatur, restat ut eius esse debet.
 Prædicatio contemnatur, & dicitur. Medice cu 1. Cor. 2.
 tra ceplum. Eijce primū trabem de oculo: uo, & Luc. 4.
 tunc ejicies scutacm de oculo fratris tui. Debet Matth. 7.
 etiam defyderium & gaudium in cordibus au-
 ditorum accendere, quatenus & libēter audiāt
 & grataanter obedianc. Quis autem non defyde-
 rat bonum nuntium, & de bono nuntio quis nō
 gaudet? Euāgeliū enim bonum nuntiū, ipsa
 sui nominis interpretatione signat. Vel per hoc
 quod Episcopus duos præmittit acolytos ante
 diaconem, qui lecturus est Euāgeliū portātes
 cāreos & incensū, notatur quid Christus præ Lucæ. 10.
 mittebat binos ante faciem suam, in omnem ci-
 uitatem & locū, quō ipse erat venturus, præferē-
 tes coruscationes miraculorū, & odorem virtu-
 tum. Vnde reuersi dixerūt: Dñe in nomine tuo
 etiam dæmonia subiçtiuntur nobis. Facies enim
 Christi conuenienter hic intelliguntur Aposto-
 li, qui formam doctrinæ suæ populis ostende-
 bant.

H 3

I N N O C E N T I I . P P.

- bant. Propter quod ipsi siebat: Qui vos recipit me recepit. Vel ideo librum Euangelicum praecedunt thuribulum & candelabrum, quia doctrina Christi virtus & fama praebat, Euagelistam stante. Exiuit Iesus in virtute spiritus in Galileam, & fama exiuit in vniuersam regionem de illo, & ipse docebat in synagogis eorum.
- Lucas. 4.** Qualiter subdiaconus in eundo sequitur, & in redeundo præcedit, referens Euangelium. CAP. X L.
- Matt. 19.** **D**iaconus præcedit ut doctor, subdiaconus autem sequitur ut auditor. Ille præcedit ut prædicet, iste sequitur ut ministret, quia dignus est operarius mercede sua. Secundum quod dominus in lege præcepit, non claudes os bouis triturantis. Post verò lectiōnēm subdiaconus quasi sufficiēt edocēt præcedit referens euangelium, quoniam mercedem Euangeliū de sua ministratiōne reportat. Secundū illud quod Matth. 10. ipse Dominus promisit in Euangeliō: Qui recipit prophetam in nomine prophetarū, mercedem prophetarū recipiet. Quem ideo præmittit diaconus ad episcopū, ut ostendat fructū prædicatiois nis referre, de quo dominus iussit: Posui vos ut eatis & fructū afferatis & fructus vester maneat. In quibusdam tamen Ecclesijs subdiaconi puli: nus præcedit diaconum, ferens puluillum, quem uillus desi libro supponat ut moliter sedeat, per puluillum, qui fesso supponitur ad quietem, signatur vitæ solitum, ut videlicet auditores, quasi pro mercede laboris prædicanti sibi necessaria subministrent. Nam inquit Apostolus: Qui al-
- Deut. 25.**
- Ioann. 15.**
- 1. Cor. 9,**

L I B E R . I I .

52

tari deferunt, cum altari participant.
Quare diaconus per vñā partē ascēdit in pulpītū, & per aliam descēdit. C A P . X L I .

Procedit ergo diaconus cum silentio, nihil ferens præter codicē Euangeliū. Propter ilud quod Dominus ipse præcepit, neminem sa: Matt. 10. lūtaueritis, & nihil tuleritis in via, Subdiaconus Luc. 10. autem per vnam viam. Et diaconus per aliam ascendit in pulpītū. Quoniā ille docendo, iste discedo procedit in augmētū scientiē, vel quia ministrator per meritū operis, & prædicator per meritū oris progreditur in augmentū iustitiæ. De quo dicit Psalmista: Iustitia tua sicut montes Psalm. 35. Dei. Sed per eandē viam reuertuntur ad præsumptum. Quia per finalē perseverantiā pertingit ad prēmiū. Sicut dñs ait. Qui perseverauerit vs: Mat. 10. & q; in finē, hic saluus erit. Et quia prædicatio non sufficit sine opere. Cœpit enim Iesus facere & do: Actu. 1. cere. Idcirco prædicator per eadē viam reuertitur, per quā ministrator accesserat. Vel ideo diaconus qui lecturus est Euangeliū, ab vna parte progreditur, & ab altera parte regreditur: quoniam apostoli prius p̄dicauere Iudeis, & postea gentilibus prædicauere: Secundū quod inquit ad Iudeos: Quia repulisti verbū Dei & indig. Actu. 13. nos vos fecistis, ecce conuertimur ad gentes.

Quare versus Aquilonem legitur
Euangeliū.

C A P V T . X L I I .

Diaconus ergo in ambonem ascendit, vt annuntiet Euangeliū, secundum illud pro: H 4 phe:

INNOCENTII. PP.

- Efai. 40.** pheticum: Super montem excelsum ascende tu, qui euangelizas Sion, exalta in fortitudine vocem tuam. Et dominus inquit in euangeliō: Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, predicatē super testa. Nam & ipse dominus ascendit in montem, ut Euangeliū prædicaret. Et aperiens os suum, docebat discipulos suos, dicens: Beati pauperes spiritu, quos ad aquilonem ipsorum est regnum cœlorum, &c. Faciem autem suam versus aquilonem apponit, ut ostendat prædicationem Christi contra eum speciam liter dirigi, qui ait: Ponam sedem meam ad aquilonem, & ero similis altissimo. Nam secundum prophetam, ab aquilone pandetur omne malum super habitatores terre. Aduersus ergo aquilonem legitur Euangeliū, ut aquilo surget & auster adueniat, id est, ut diabolus furgiat, & spiritus sanctus accedat. Vnde diaconus munit, se signaculo crucis, ne diabolus qui bonus insidiatur operibus, tollat ei deuotionem de corde, vel sermonem de ore. Sacerdos itaque vel diaconus cum lectorus est euangeliū, signare se debet in fronte, signare se debet in ore, signare se debet in pedatore, ac si dicat: Ego crucem Christi non erubescō, sed corde credo, quod ore prædicto. Prædicamus, inquit Apostolus, Iesum Christum, & hunc crucifixum: Iu. aëis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam. Nos autem gloriari oportet in cruce domini nostri Iesu Christi, in quo est salus. Quia dominus inquit in Euangeliō, Qui me erubuerit, & meos sermones, hunc filius hominis erubescet,
- Matt. 10.** cem tuā. Et dominus inquit in euangeliō: Quod in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, predicatē super testa. Nam & ipse dominus ascendit in montem, ut Euangeliū prædicaret. Et aperiens os suum, docebat discipulos suos, dicens: Beati pauperes spiritu, quos ad aquilonem ipsorum est regnum cœlorum, &c. Faciem autem suam versus aquilonem apponit, ut ostendat prædicationem Christi contra eum speciam liter dirigi, qui ait: Ponam sedem meam ad aquilonem, & ero similis altissimo. Nam secundum prophetam, ab aquilone pandetur omne malum super habitatores terre. Aduersus ergo aquilonem legitur Euangeliū, ut aquilo surget & auster adueniat, id est, ut diabolus furgiat, & spiritus sanctus accedat. Vnde diaconus munit, se signaculo crucis, ne diabolus qui bonus insidiatur operibus, tollat ei deuotionem de corde, vel sermonem de ore. Sacerdos itaque vel diaconus cum lectorus est euangeliū, signare se debet in fronte, signare se debet in ore, signare se debet in pedatore, ac si dicat: Ego crucem Christi non erubescō, sed corde credo, quod ore prædicto. Prædicamus, inquit Apostolus, Iesum Christum, & hunc crucifixum: Iu. aëis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam. Nos autem gloriari oportet in cruce domini nostri Iesu Christi, in quo est salus. Quia dominus inquit in Euangeliō, Qui me erubuerit, & meos sermones, hunc filius hominis erubescet,
- Hier. 1.**
- Canti. 4.**
- Lectorus euangeliū** facit. 4.
- cruces.**
- i. Cor. 1.**
- Gal. 6.**
- Lucæ. 9.**

LIBER. II.

53

scet, cū venerit in maiestate sua, & patris, & sanctorum angelorum. Debet etiam signare librū & osculari. Librum osculatur diaconus vel presbyter, dicto euāgelio, & non prius, quasi dicat: Hic est liber crucifixi, per quem reconciliatio nem accepimus.

De crucis mysterio, & de multiplici eius effectu.

C A P V T. X L I I I .

Vām * profundum est crucis mysterium? * D. Das quām arduum est sacrameneum? Legitur mas. li. 4. enim quōd Moyses ad mandatum dei fid. ordinis serpētem erexit æneum pro signo. Quem thod. c. 12. aspicientes qui percussi fuerant à serpentibus sa. Tertu. lib. nabantur, quod ipse Christus exponens in euā de corona gelio, inquit: Sicut Moyses exaltauit serpentem militis. in deserto, ita exaltari oportet filium hominis. Figure crucem omnīs qui credit in ipso, non pereat, &c. Legitis ex vete gitur etiā, quōd quum Joseph applicisset Ma. ri testamē nassen & Effraim ad Iacob, statuens maiorem totius ad dextram, & minorem ad sinistram, ut eis se. Num. 21. cundum ordinem benediceret Iacob. Ille verò Iohann. 3. manus commutans, id est, modum crucis cancel Genet. 4. lans, dextram posuit super caput Effraim minoris, & sinistram super caput Manasse maioris, & dixit: Angelus qui eruit me de cunctis malis, benedic pueris istis, &c. Ezechiel autem audiuit Ezech. 9. dominū dicentē ad virum vestitū lineis, habētē atramentarium scriptoris ad renes. Transper medium ciuitatis, & signa Thau in frontibus viorum dolentium & gementium. Post hoc dicit septem viris: Transite per medianam ciuitatem,

H 5 &

- & percutite omnem super quem non videritis
Thau. Nemini parcer oculus vester. Ioānes quoque vidit angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei viui, & clamauit voce magna quatuor angelis, quibus datum est noce re terræ & mari, dicens: Nolite nocere terra, & mari, neque arboribus, quoadusque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum. Hinc est, Exod. 18. cum dominus percuteret Aegyptiorum primogenita, domos Hebraeorum absq; lësione transcedit, eo quod sanguinem in superliminari & in utroque poste vidisset. Dum Moyses manus tenebat extensas, Israël pugnans, Amalech su Exod. 15. perabat. Lignum missum in Marath, aquas dul 4. Reg. 6. corauit amaras. Et ad lignum missum in Iorda Aliàs* ceci nem ferrum quod* inciderat enatauit. Hoc est derat. lignum vitæ in medio paradisi, de quo Sapiens Genes. 3. protestatur: Benedictum lignum per quod fit iu Sapien. 14. istitia, quoniam regnauit à ligno Deus. Etenim Psalm. 92. correxit orbem terræ, qui non commouebitur. Sapien. 2. Qui dixerunt. Morte turpisima condemne Ephes. 3. museum, nescierunt sacramenta Dei. Nec comprehendenterunt quæ sit latitudo & longitudo, quæ sit sublimitas & profundum. Crux ergo sanitatem restituit, benedictionem impendit, discernit à perfidis, liberat à periculis, hostes ex Laudes pellit, viatores constituit. Crux mysterium crucis. dei, firmamentum spei, clavis scientiæ, forma iustitiae, magnificentia regum, gloria sacerdotum, inopum sustentatio, pauperum consolatio, cæcorum dux, claudorum baculus, spes desperatorum, resurrectio mortuorum.

Quos

Quomodo signum crucis sit exprimendum.
C A P V T. XLIII.

Est autem signum crucis tribus digitis exprimentum, quia sub inuocatione trinitatis imprimitur, de qua dicit propheta: Quis appen Esai. 40. dit tribus digitis molem terræ: ita quod à superiore descendat ad inferius, & à dextra transeat ad sinistram. Quia Christus de celo descendit interram. Et à ludæis transiit ad gentes. Quidam tamen signum crucis à sinistra producunt in dextram: quia de miseria transire debemus ad gloriam. Sicut & Christus transiit de morte ad vitam, & de inferno ad paradisum, præfertim ut seipso & alios uno eodemq; pariter modo consignet. Constat autem quod cum super alios signum crucis imprimimus, ipso à sinistris consignamus in dextram. Verum si diligenter attendas, etiam super alios signum crucis à dextra producimus in sinistram, quia non consignamus eos quasi vertentes dorsum, sed quasi faciem præsentantes.

De salutatione quæ præmittitur euangelio.

C A P V T. X L V.

Diaconus ergo in ambone consistens, salutat populum, dicens: Dominus vobiscum, illud obseruans quod dominus iusserrat. In quam Matth. 10. cunq; domum intraueritis, primum dicite: Pax Luke. 10. huic domui. Stans ergo populus quod ante non fecerat, cum epistola legeretur deuotus & attentus, respondet: Et cum spiritu tuo. Statimq; diaconus vt eos beneuelos reddat & dociles subdit: Sequens

INNOCENTII. PP.

Aetu. II.

Sequentias sancti euangelij, &c. Sed & ipsi cum reuerentia & honore respondet: Gloria tibi domine, glorificantes dominum quod miseris eis versum salutis, sicut in Actibus apostolorum habetur. Et glorificauerunt dominum, dicentes: Ergo & gentibus dedit Deus penitentiam ad vitam. De praeminentia euangelij.

C A P. X L V I.

SANè sicut caput preminent corpori, & eius cetera membra subseruiunt, sic euangeliū totius officio praecellit, & ei ceterae partes intellectus tuae.

Laudes ratione consentiuntur. Hoc est verbum verbi, seruus euangelij. In sermonis sapientia sapientia. Verbum versus Sapien. 18. bi quod erat in principio apud Deum, omnia per ipsum facta sunt & sine ipso factū est nihil. Sermo sermonis, qui venit a regalibus sedibus, insimulatum portans imperium, viuus & efficax,

Sapien. 8. & penetrabilior omni gladio anticipit. Sapientia sapientiae, quæ attingit a fine usque ad finem fortiter, & disponit vniuersa suauiter. Paradisus deliciarum, hortus aromatum, cella vinaria, cenaculum vitae, mensa propositionis, quadriga Ami nadab, turris David, gazophylacium templi, thesaurus patris familiæ. Hic est fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu.

Qualis de de Libano. Quocirca diaconus corde purum, ore bet esse mundum, opere castum se studeat exhibere, qualis diaconus. tenus sacrosanctum Euangelium possit dignè proferre, quia puteus aquarum viuentium, id est, euangelica prædicatio non fluit impetu, id est, liberè, nisi de Libano, id est, de corde casto, & ore candido. Non enim est speciosa laus in ore peccatoris.

LIBER. II.

55

catoris. Sed peccatori dicit Deus: Quare tu enas Psal. 49. rias iustitas meas, & quare assumis testamētum meum per ostium? Hic iam non loquitur Moy Exod. 4. ses, qui ab heri & nudiustertius non eloquens est, sed impeditoris & tardioris linguae factus est. Ex quo dominum loquentē sibi audiuit. Hic nō loquitur Esaias, qui de se dicit: Vnde mihi quia Esai. 6. tacui, quia vir pollutus labijs ego sum. Hic non loquitur Hieremias, qui dicit: Aha domine Hier. 1. Deus, nescio loqui, quia puer ego sum. Sed lo: Heb. 1. quitur pater in filio, quem constituit haeredem vniuersorum, per quem fecit & secula.

Quare post euangelium liber & thuribulum ad episcopum reportantur.

C A P. X L V I I.

Evangilio perfecto liber & thuribulum ad episcopum reportantur, quoniam ad eum omnia bona sunt referenda, a quo cuncta procedunt. Unde multi psalmorum intitulantur, in fine nem psalmus Daud. Quia Christus est finis cordis. Qualis summans, sed non consumens, alpha & omega primus nis est christus & nouissimus, initium & finis. Episcopus ergo stetthus odorat, & codicem osculatur. Quia Christus quod inspiravit & docuit, hoc approbat & acceptat. Deus enim nihil accipit, nisi quod efficit, nec remunerat, nisi quod donat. Quia sicut cuncta quæ facit, sunt bona: sic nulla sunt bona, nisi quæ facit. Nam videt Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.

* De symbolo quod post euangelium cantatur.

C A P V T. X L V I I.

* Cœcil. Ac gathens. c.

g. Toletæ.

Quia

INNOCENTII. PP.

3.cā.2.Flo- Via vero corde creditur ad iustitiam, ore
rēt.invnio **Q**autem confessio fit ad salutem, vt ostendat ecclesia, q̄ euangelij verbū cor
ne Arme: dat ecclesia, q̄ euangelij verbū cor
norum D. de recepit, mox fidei symbolum ore decantat,
Thom. & quod tamē episcopus incipit, vt significet quod
Vvaldēs. omne bonum à Christo procedat. Nam omne
locis citat: datum optimum & omne donum perfectum de
tis.c.28. sursum est, descendens à patre luminum. Quo
Rom.10. circa ne musicus ille cœlestis diceret: Cantauit
Curepisco mus vobis, & non saltastis, chorus catholicus
pusincipit euangelicæ doctrinæ consona voce respondet,
symbolū. & solēni tripudio fidem catholicam profitetur.
Iaco.1. Symbolum autem græcè, latinè sonat indicium
Matth. ii. vel collatio. Tum quia fidei plenam indicat re
gulam & perfectam rationē, tum quia simul in
vnum continet articulos fidei. Traditur enim
quod postquam apostoli sanctum paracletum
aceperunt, cū iam forent ad prædicandū euau
gelium profecturi, conferentes in vnū super arti
culos fidei, statuerūt, vt sicut omnes erāt in fide
cōcordes, sic omnes vnā fidē cōcorditer prædica
rēt, & ideo symbolū cōponentes, vñusquisq; bo
lū, id est, particulam vnā apposuit. Vndē secun
dum apostolorū catalogū duodecim particu
las dinoscitur cōtinere. Symbolū ergo post euā
geliū, fidem post prædicationem ostendit. Vndē
Ioan.7: Ioannes, Hæc eo loquente, multi crediderunt
Roma.10. in eum. Nam & secundum Apostolum fides ex
auditu, auditus autem per verbum Christi. Da
masus autem papa constituit, vt symbolum can
teretur ad missam, ex decreto sanctæ vniuersalis
Synodi apud Constantinopolim celebratur. De

LIBER. II.

56

De duodecim partibus vtriusq; symboli, tam
apostolici quam Constantinopolitani

CAPUT. XLIX.

Credo in Deum patrem omnipotentem, Petrus,
creatorem cœli & terræ.

Et in Iesum Christum filium eius unicum domi Andreas,
num nostrum.

Qui conceptus est de spiritu sancto, natus ex Iacobus,
Maria virgine.

Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus Iannes,
& sepultus.

Descendit ad inferna, tertia die resurrexit à Thomas,
mortuis.

Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram Dei pa:
tris omnipotentis. minor.

Inde venturus est iudicare viuos & mortuos. Philipp.

Credo in spiritum sanctum. Bartholo:
Sanctam ecclesiam catholicam, sanctorum com mæus,
munionem. Matthæus.

Remissionem peccatorum. Simon.
Carnis resurrectionem. Thaddæus.

Et vitam æternam. Amen. Mathias.

Constantinopolitanum quoq; symbolum
dinoscitur continere duode
cim clausulas.

Credo in vnum Deū, Patrem omnipotētē:
factorem cœli & terre; visibilium omnium
& inuisibilium. Et in vnum dominum Iesum Chri
stum filiū Dei vngeneritū. Et ex patre natū ante
omnia secula. Deum de Deo lumen de lumine;
Deū verū de Deo vero. Genitū non factum, cō
substatiālem patri: per quem omnia facta sunt.

Qui

Qui propter nos homines: & propter nostram salutem descendit de cœlis. Et incarnatus est de spiritu sancto ex Maria virgine. Et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato: passus & sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum scripturas. Et ascendit in cœlum sed det ad dexteram patris. Et iterum venturus est cum gloria judicare viuos & mortuos: cuius regni non erit finis. Et in spiritum sanctum dominum & viuificantem qui ex patre filioque procedit. Qui cum patre & filio simul adoratur & glorificatur, qui locutus est per prophetas. Et unam sanctam catholicam & apostolicam ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi seculi. Amen.

Leuiti. 24. Isti sunt duodecim panes qui recentes & cali-

Nume. 7. di super mensam propositionis, coram domino ponebantur. Hæc sunt dona quæ principes tribuum in consecratione altaris duodecim obtulerunt.

Numerus xij. lere diebus. Duodenarius enim numerus multipliciter est consecratus. In xij. Apostolis. in xij.

Prophetis. in xij. Patriarchis. in xij. exploratoribus. in xij. principibus. in xij. tribubus. in xij. fontibus. in xij. lapidibus. in xij. sedibus. in xij. horis. in xij. mensibus. in xij. annis. in xij. signis. in xij. stellis. in xij. gemmis. in xij. portis. in xij. angulis. in xij. fundamentis. in xij. virginis. in xij. cubitis. in xij. cophinis. in xij. phialis. in xij. ace-

Mysteria tabulis. in xij. mortariolis. in xij. bobus. in xij. huius numero leunculis. in xij. arietibus. Est autem numerus meri. superabundans, constans ex duobus senarijs su-

gnatis

giantibus perfectionem cogitationis & operis sive mentis & corporis. Ex ternario multiplicatur perter quaternarium, & quaterna: io per ter- narium, signantibus fidem in diuiduæ trinitatis, & quatuor Evangeliorum doctrinam, sive tres virtutes Theologicas catholicas, & quatuor vir- tutes politicas. Hic numerus ex suis partib: aggregratis, excrescit in se denarium, qui constat ex denario Scenarij, mandatorum executio- ne, a si significans. Quis decem sunt legis manda- ta, quæ sex diebus exequimur, excrescentes in charitatis perf. rationem, quæ secundum aposto- lum. xvij. proprietatis habere dinoscitur. Chari XVI. pro- tas (inquit) patiens est, benigna est, non æmula: prietas tur, non agere perpetram, non inflatur, non est am: charitatis. bitiosa, non querit quæsita sunt, non irritatur, i. Cor. 13. non cogitat malum, non gaudet super iniquitas te, congaudet autem veritati, omnia suffert, os- minia credere, omnia sperare, omnia sustinet, chari- tas nunquam excidit.

Quibus diebus symbolum si dicendum in missa. C A P V T. L.

Symbolum autem in illis tantum solennitatis * Concil: Sibus canarii debet ad Missam, de quibus aliis Agathens: qua mentio sit in symbolo, videlicet omnibus c. 9. diebus dominicis, Natali domini, Epiphania do- mini, Cœza domini, Pascha, Ascensione, Pente- coste, omnibus festiuitatibus beate Marie, san- tæ Crucis, Angelorum, Apostolorū, Dedicatio nibus ecclesiærum, & commemoratione omniū Sanctorum, quanquam & ipsa sit dedicationis festivitas. Infra octauas Natalis domini, exce- lpta

Infra octa pta die Innocentum, in qua cantica lætitiae subti-
uas. centur. Tum quia vox in Rama auditæ est plo-
Hier.31. ratus & vulnus multus, Rachel plorans filios
Matth.1. suos, tum quia innocentes descenderunt ad in-
fersos, tum etiam quia non loquendo, sed mori-
do confessi sunt. In octaua tamen cantantur can-
tica lætitiae, propter resurrectionis gloriæ, quam
octaua signat. Infra octauas Epiphaniæ, Pasche,
Ascensionis, Pentecostes, Apostolorum Petri,
& Pauli, & Assumptionis virginis Mariæ. Vnde li-
cet in nativitate sancti Ioannis Baptistæ, & festi-
uitate sancti Laurentij symbolum non cantetur,
in octauis eorum tamen cantatur, eo quod in
infra octauas Apostolorum & assumptionis aduen-
niat, & ob hoc in octauis sancti Ioannis præfas-
tio de apostolis, & in octauis sancti Laurentij

Mentio se præfatio de Assumptione cantatur. Horum os-
torum in munium commemorationis fit in symbolo, quorum
symbolo. dam tamen obscurè, ut Epiphaniæ quæ est festū
baptismatis, de quo continetur in symbolo, con-
siteor vnum baptisma. Cœnæ domini quæ est so-
lennitatemucharistia, ad quam respicit illud, quod
in symbolo continetur sanctorum communio-
nem. Angelorum qui nomine cœli debent intel-
ligi, cum in symbolo dicitur: Creatorem vel fa-
citem cœli & terræ. Secundum illud: In prin-
cipio creauit Deus cœlum & terram, id est, natu-
ram angelicam & mundanam. Quibusdam ta-
men videtur, in festiuitatibus angelorum non esse
symbolum decantandum, eo q̄ angeli nūquam
habuerūt fidem sed speciem, non credentes sed
agnoscentes. Dedicationis ecclesiæ, ad quā
respicit

respicit illud: Sanctam ecclesiam catholicam.
Tunc enim (vt infra dicam) sanctificatur catho-
lica ecclesia, cum dedicatur. Ad octauas respicit
resurrectio mortuorum, de qua continetur in
symbolo. Ex parte resurrectionem mortuorum.
In festo tamen Agnetis secundo symbolum non
cantatur, quia licet celebretur in octaua, non ta-
men est festum octauæ. Vnde nec in Kalendario
scribitur, nec in ecclesia pronuntiatur octaua.
Quidam non absurdè singulis diebus paschalibus
sicut omnibus diebus dominicis symbolū can-
tant, à die resurrectionis usq; ad festum Ascensio-
nis. Quidam etiam in festiuitate sanctæ Mariæ
Magdalenæ, dicentes illam apostolorū aposto-
lam, symbolū cantant. Et in capella propriè cā-
tatur, pro eo q̄ ipsa propriè vel prima resurrec-
tionis gaudii apostolis nuntiavit. De quibus
dam tamen mentio fit in symbolo, in quoru[m] co-
memoratione symbolum non cantatur, ut pas-
sionis & sepulturæ, quoniam illorum dierū offi-
cium, aliorum officiorum regulam non secatatur.
A quibus symbolum sit cantandum.

C A P V T . L I .

Via verò Christus nō venit prædicare Gé-
tibus, sed Iudeis, iuxta quod ipse dicit in
euangelio Apostolis, in viam gentiu[m] Matth.10:
ne abieritis, & in ciuitatem Samaritanorum nō
intraueritis, donec post resurrectionē præcepit Marc.16:
eisdē. Euntes in mundum vniuersum, prædicate Singularis
Euangelium omni creaturæ. Idcirco Romano ritus. Ro.
Pontifice solenniter celebrante, symbolum si: Pontificis
dei non cantores in choro, sed subdiacones ad in Missa.

INNOCENTII. P.P.

altare decantant, ipsi & generaliter ad vniuersitatem respondent, scilicet dum Pontifex dicit: Pax domini sit semper vobiscum. Quoniam usque post Christi resurrectionem, sola iudeorum ecclesia, quae per subdiacones designatur, qui sursum ad altare consistunt, corde credidit ad iustitiam, ore autem confessio est ad salutem. Sed ex iucundis canticis in choro respondent, & vniuersitate decantant, quia post resurrectionem ecclesia gentium quam cantores designant, qui deorsum in choro consistunt, fidem Christi receperunt, & laudem praeconiae saluatoris proponunt. Inter Euangeliū tamen & sacrificium chorus concinuit offertorium. Quoniam inter prædicationem & passionem gentilitatis dei votum offerens decantauit, quando mulier Matth. 5. Cananæa de finibus Tyri & Sydonis egressa clamauit, & dixit: Misere mei domine fili Dáuid, filia mea à dæmonio male vexatur, cuius tamen fidem comméndans Dominus ait, O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut vis.

De offertorio. C A P V T . L I I .

Dilectus sacerdos Oremus, præmittit dominus vobiscum, quia nisi nobiscum sit dominus, ad salutem nostram orare non possumus. * D. Tho. Statim autem canitur offertorium, trahens nos 3. p. q. S. 3. armeni ab offerendo, quia dum offertorium cantat. 4. Vval. tur, sacerdos accipit oblationes a populis vel homines Sacrae ministris. Hilarem enim datorem diligit mental. ti. Deus. Ordo conueniens, ut post prædicationem sequatur fides in corde, laus in ore, fructus in opere. Fides in symbolo, laus in offertorio, fructus in sacrificio. Quapropter offerenda cantatur

LIBER. II.

59

tur, quia sacrificium lauds offertur. Unde Psal. mus: Circuibo & immolabo in tabernaculo eius Psalm. 20. hostiæ jubilationis, cantabo & psalmi dicam dñm. Et in Paralipomenon, Cum offerrent holocaustum. 1. Par. 5. stat, ceperunt laudes canere domino: Et in diuersis organis, que David rex copererat, cōcrepare.

De silentio post offertorium. *Vval. to.

C A P . L I I I . de Sacras

Post hoc sacerdos silentium solitudinem ex mental. ti. petit, instante memoria dominicae passionis: 4. c. 35. illud insinuans, quod Iesus iam non palam ambulabat apud Iudeos, cum cogitaretur inter loan. ii. scire, sed abiit in regnum nem, iuxta desertum in quietatem quæ dicitur Effeſtum, & ibi morabatur cum discipulis suis. Colegerunt ergo pontifices & pharisei consilium, & dicebant: Quid facimus? quia hic homo multa signa facit, si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & venient Romanii, & tollent nostrum lecum & gemitum. Virus autem ex illis, Caiphas nomine, cum esset Pontifex anno illius dixit eis. Vos nescitis quicquam nec cogitatis, quia expedite vobis, ut unus homo pro populo moriatur, & non tota gens pereat. Ab illo ergo die cogitauerunt, ut interficerent eum. *Dionysius. Silentiū ergo sacerdotis, latibulum Christi signat ecclesie. Hie de ablutione manuum antequam sacrificium c. 3. Vval. offeratur. C A P . L I I I . de Sacras

Notandum vero, quod quum sacerdos dicit mental. ti. missa: Oremus, non statim orationem subiungit, sed antequam ad altare procedat, manus Th. 3. p. q. abluit, quatenus lotis manibus oblationem acci. 83. artic. 5. piat, incensum offerat, & orationem effundat. ad. 1.

I 3 Scriptum

- Exod. 30.** Scriptum est enim in Exodo: Facies labiū ēneū, ponesque illud in tabernaculum testimonij ad altare, & misla aqua lauabunt in ea Aaron & filii eius, manus suas & pedes, quando ingressuri sunt in tabernaculum testimonij, & quando accessori sunt ad altare. Cū ergo iam manus suas lauisset Episcopus, ingressurus tabernaculum, tunc iterum manus abluit, cum accessurus est ad altare, vt magis magisq; mundatus offerat hostiam immaculatam, sanctam, Deo placentem.
- Psalm. 30.** Vnde Psalmista, cum esset mundatus, petebat amplus emundari. Amplius (inquit) laua me ab iniustitia mea, & a delicto meo munda me. Sacerdos igitur hostiam oblaturus, debet conscientia lauare lachrymis pénitentiarum. Secundum illud:
- Psalm. 6.** Lauabo per singulas noctes leđum meū lachrymis meis stratum meum rigabo. Nam & Christus antequam verum & unicum sacrificium in ara crucis offerreret, in resurrectione Lazari lachrymas effudit miseratus, Euangelista testante. Iesus (inquit) infrenuit spiritu, turbauit se metipsum & lachrymatus est.
- Ioan. II.**

De corporalibus, & quare vna pars extenditur, & altera complicatur.

C A P V T . L V .

Interim verò diaconus corporales pallas super altare disponit, quæ significant linteamina, quibus inuolutum fuit corpus Iesu. Pars autem quæ plicata ponitur super calicem, signat sudarium, quod fuerat super caput eius separatim in uito de paluio lutu in vnum locum. De his itaq; tantum reperitur in canone, Consulto omnium constitutimus ut sacris

ficium

ficium altaris non in serico panno aut intincto De confessoriis celebrare præsumat, sed in puro lineo ab distin. i. c. episcopo consecrato, terreno scilicet lino pro Consulto. creato atq; contexto, sicut corpus domini nos: * D. Thos. Iesu Christi in sindone linea munda sepultu 3. p. q. 83. a. fuit. Potest tamen & in his aliud figurari. Du. ti. 3. ad. 7. plex est enim palla, quæ dicitur corporalis, vna Ne pscru. quam diaconus super altare totam extendit, al. temur, sed tera quam super calicem plicata imponit. Pars credamus extensa, signat fidem: pars plicata signat intelle mysteria. Etum. Hic enim mysterium credi debet, sed cō: i. Tim. i. prehendit non valet, vt filii habeat meritum, Psal. 63. cui humana ratio non præbet experimentum. Prou. 15. Credamus ergo de corde puro, conscientia bo: Ioan. 6. na & fide non ficta. Sed non præsumamus discuterere, quia defecerunt scrutantes scrutinio. Scriptum est enim, quia perscrutator maiestatis operatur in gloria. Nam qui dixerunt, durus est hic sermo, & quis potest illum audire? abierunt * Incésum retro, & iam non ambulant cum Christo. significat De oblatione & incenso, & quare sacerdoster: aromata tio circunducit & reducit incensum, & qua delata à sa re totum vndiq; incensatur altare. Etis mus

C A P V T . L V I .

Tunc exurgens sacerdos ad altare procedit, sepulchrū. Vbi mysticam oblationem accipit à mini: Vval. de fastis. Illud insinuans quod Ioānes euāgelista de crumento scribit. Iesus, inqt, ante sex dies Paschæ venit in tit. 4. c. 31. Bethania, vbi fuerat Lazarus mortuus, quē susci. D. Thos. 3. taurit Iesus. Fecerūt autē ei coenā ibi, & Martha p. q. 83. art. ministrabat. Oblatione suscepit, statim adole: 5. ad. 1. tur incensum, per quod illud innuitur, qđ statim Ioan. 12.

per euangelistam subiectur. Maria ergo accepit libram vnguenti Nardi pittici pretiosi, & vnxit pedes Iesu, & domus impleta est ex odore vnguenti. Quod autem sacerdos tertio superducit Magdale: & circunducit incensum, designat quod Maria na ter vnter exhibuit & adhibuit vnguento in circa conxit Iesum. pus Iesu. Primo cum vnxit pedes, fles in domo Luce.7. Simonis Pharisei. Secundo cum in domo Simonis Iohann.11. nis leprosi super caput eius vnguentum effudit. Tertio cum erit aremata ut veniens vngrebet Iesum, iam per se in sepulchro. Volutas enim pro facto reputatur, cum & per ipsam non stet rit, quo minus explicuerit quod incepit. Quod vndeque totum in elevatione tare, designat quod factum illud, totum vndeque respargit ecclesiā.

Matth. 16. Sicut dominus ipse testatur. Amen dico vobis, vbiunque prædicatum fuerit hoc euangelium in toto mundo dicetur quod haec facit in memoria eius. Moraliter autem incensum deuotio: nis adolendum est in thuribulo cordis, igne charitatis, ut odorem suavitatis emittat. De quod in Eccles. 45. cit scriptura: Fungi sacerdotio, & habere laudem in nomine ipsius, & efferre illi incensum dignum in odorem suavitatis. Hoc enim incensum sacerdos accepit, id est, Christus acceptat, & incensat ex eo sacrificium & altare.

* Dionys. De modo & ordine sacrificium offerendi. c.3. de ec-

C A P V T. L V I I.

cles. Hier. **V**erum libet adhuc oblationis mysterium Ministris. Explicare. Subdiaconus* enim calice preparat, subdiaconat, panem & vinum in illo disponens, quia nimis coni. rūlex, quę per subdiaconum hic cōgruē designatur,

tur, huius oblationis mysterium presignavit, docens quod Melchisedech rex Salem protulit Gene. 14. panem & vinum. Erat enim Deicleros altissimi. Quod exponens Prophetā dicit ad Chri: Psal. 109. statim. Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Diaconus autem calicem Minister preparatum accipiet, in altari componit. Quo: rū diaconiū euangelium, cuius est figura diaconus, huius ius sacrificij ritum clementer ecclesiæ, quam per altare supradictum figurari. Prius tamen diaconus pater am cum hostia tradit episcopū opo, * D. Tho. quam episcopus ipse super altare dei unit, inscribit, 3.p.q.73. arnuans quod ipsi me Christus * hoc sacramentū fecit. primum instituit, & ecclesiæ tradidit celebrandum, dicens: Hoc est enim corpus meū in quod 1. Cor. 11. pro verbis tradetur, hoc facite in memorem mortis mei. Episcopus* aquam vino commixt. Cur aqua fecit in calice, quia Christus populum reconciliavit in morte. Scribitum est enim quod aqua vino multæ sunt populi multi, Christus autem sanguis Apoca. 17. nem suum effudit pro populo, sicut ipse testatur, * D. Tho. Hic est sanguis meus novi testamenti, qui pro 3. p. q. 74. multis effundetur in remissionem peccatorum. arti. 6.7.8. Et de latere Christi simul exiit sanguis & aqua. Vual. dicitur. Quatenus nec Christus sit sine populo, nec post mortem tit. 4. pulus sine Christo. Quia cum aqua vino misceatur, c.31.6. Suntur, Christus & populus adunantur. Verum hoc nod. gene quoque mysterium lex Mosaica figurat, sicut ra.c.3. Flo exponit Apostolus, dicens: Bibebant autem de réte sub Eu spirituali consequente eos petra, Petra autem genio.4. erat Christus. Quapropter ampullam cū aqua 1. Cor. 10. subdiaconus tradit episcopo, quā ep̄s fundit in I 5 calicem,

INNOCENTII. PP.

calicem, ut sicut aqua non separatur a vino, sic nunquam populus separetur a Christo. Calix ponitur ad dextrum latus oblate, quasi sanguinem suscepimus: qui de latere Christi dextro creditur vel cernitur profluxisse. Nam sicut panis in corpus, ita profecto vinum transubstantiatur in sanguinem. Porro cum sacerdos accipit patenam & vreolum, calicem & thuribulum pates

Crucis si: nam cum hostia, vreolum, cum aqua, calicem gnaculū. cum vino, thuribulum cum incēso, efficit super *D. Th. 3. ea crucis * signaculum, ut per crucis virtutem p. q. 83. art. omnis* comitatus diabolica malignitatis effusus ad 3. giat, ne contra sacerdotem vel sacrificium aliquo alias * co modo praeualeat, ob hoc & in modum crucis su natus. perducit & circunducit incensum & sacrificium ad altare, quatenus & crucis signaculo & thus ris incenso diabolice fraudis malignitas extrahetur. Sicut prædiximus & ostendimus ad id utrumque valere.

De patena super quam sacrificium patens offertur. C A P. L V I I I .

Patena la **P**Atena dicitur a patendo, cor latum & amplitudinem plum signat, super hanc patenam, id est, su charitatis per latitudinem charitatis, sacrificium iustitiae designat. debet offriri, vi holocaustū animæ pingue fiat. Hanclatitudine cordis Apostoli habebant, cum

Matt. 26. Petrus aiebat: Et si importuerit me mori tecum, non tenegabo. Similiter & omnes discipuli Christo dixerunt. Propter quod dominus intulit dicens. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Sed latitudo cordis ab eis aufugit & latuit, cum omnes discipuli reliquo magistro fugerunt

¶ & ha

LIBER. II.

62

& latuerunt. Et ideo post suscepit oblatam sacramentorum abscondit sub corporali patenam, vel ab altari remotam subdiaconus retro continet in uolutam, per quod discipulorum fuga vellati. Discipulo bulum designatur, qui dum verum sacrificium rum fuga offerretur, fugerunt reliquo Christo, sicut eis ipsi se prædixerat: Omnes vos fugam & scandalum patiemini in me in hac nocte. Scriptum est enim: Zach. 13. Percutiam pastorem, & dispergentur oves reges, postquam autem surrexero, præcedam vos in Galiléam. Et ideo sacerdos dominica resurrectio nis annunciaturus * euangelium, resumit pater: * aliás eulónia, quia cum esset sero die illo una sabbatorum, gium. & fores essent clausæ, ubi erant discipuli congregati propter metum Iudeorum, venit Iesus, & stans in medio dixit eis: Pax vobis, resumens Ioan. 20. oues qua trepidantes aufugerunt.

De sacerdotis inclinatione

C A P. L I X .

TVnc sacerdos inclinans, orat primū pro se, deinde pro populo, mones ut populus oret pro ipso. Orate, inquit, pro me fratres. Debemus enim pro inuicem orare secundum Apostolum, Iacob. 5. ut saluemur. Nam & dominus inquit in euangelio Matt. 18. lio: Amé dico vobis quia si duo vel tres consenserint: * D. Th. 3. serint de omni re super terrā quancunq; peties p. q. 21. rint, fieri à patre meo qui est in cœlis. Oravit* Oratio autem & Christus primum pro se, deinde pro Christi populo dicens: Pater, venit hora, clarifica filiu Ioan. 17. tuū, ut & filius tu⁹ clarificet te. Pater sancte, serua eos quos dedisti mihi, ut sint vnum, sicut & nos. Per hoc autem quod sacerdos inclinat se, humi,

INNOCENTII. PP.

- Philip. 2. humiliacionem Christi signat, qui exinanuit
semetipsum, formam s. rui accipiens, factus obe-
diens usq; que ad morrem, mortem autem crucis.
Nunc tandem sacerdos dicit orationem quam
intermisit, quia tunc demū Christus redit Hiero-
soliymam ad domum orationis quam ad tem-
pus deseruerat, cum secesserat in Essem. Sic em-
habetur in Euangeliō: Cum venisset Iesus Hiero-
soliymam, intravit in templum Dei, & eiecit
vendentes & ementes de templo, dicens: Do-
mus mea domus orationis vocabitur.

*Vuel. d̄sa
cramétal.
tit. 4. c. 35.
num. 10.

De p̄fatione. *

C A P V T . L X .

- Q**via verò iterum iam palam ambulabat
Iesus, ita quod in crastinum turba multa
qua cōuenerat ad diei festum, cum
audissent quia Iesus venit Hierosoliymam, acce-
perunt ramos palmarum, & obuiam proces-
serant clamantes: Osanna, benedictus qui veit
in nomine domini rex Israēl. L. cuic ergo sacer-
dos manus & vocem, dicendo palam: Per om-
nia secula seculorum. Finis orationis est princi-
pionis sit pium p̄fationis, per quod sacerdos insinuat,
principiū qd Christus est lapis angularis, qui fecit utraque
psationis. vnum, Iudeos continens & Gentiles, vt sit vnū
ouile & vnum pastor. Vnde post laudem Iudeo-
rum Euangelista describit fidem Gentilium.
Erant, inquit, Gentiles quidam ex his qui ascen-
derant ut adorarent in die festo, hi rogauerunt
Philippum dicentes: Domine: volumus Iesum
videre. Dicturnus autem sacerdos orationem di-
gnissimam, p̄mittit salutationem, optans nos-
tales

LIBER. II.

63

tales sexilte, cum quibus dominus manere di-
gnerit, & illud novis cum celebrare cōiuicium,
ad quod mulier attulit alabastrū vnguenti Nar-
di pistici pretiosi, & illud effudit super caput do-
mini recumbentis. Vnde statim sacerdos subi-
git: Sursum corda. Chorusque subiungit. Habe Sursum cor-
mus ad dominū, vt ecclēsia sit verē mulier vñ- da, Cypr.
guentaria, ac sursum ad ipsam verbi diuinitatē in cōc. ora.
cor eleuet, & illud caput æquale Deo patri fide Domini.
contingens, vnguento catholicā confessionis Chrys. ho-
perungar. Cuius sanē p̄æconium sacerdos pro mi. in en-
sequitur dicens: Gratias agamus domino Deo c̄q; ijs. Au-
nostro. Chorusque respondet: Dignum & iustū gust, de vi
est. Gratias enim debemus referre omnipotē duit. c. 16.
ti Deo per Christum dominum nostrum. Cre: & lib. 1. de
dentes & confitentes quod per ipsum maiesta: bon. perse-
tem eius laudant angeli: adorant dominatio: uerāt. c. 16.
nes, tremunt po: estates, &c. Nimirum hoc diui serm. 44.
mutatis arcuum eius contingere, est p̄cipuum de tépore
super caput eius vnguentum effundere, quod ex & epist. 57
euangelici pigmenti medulla Ioannes euange: Gratias a:
lista confecit. In principio erat verbum, & ver: gamus.
bū erat apud Deum, & Deus erat verbum.
Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum
est nihil. Hoc sacrae cōfessionis p̄æconiū, ita re-
ste concludit ecclēsia, vt cum angelis & homini Hymnus
bus decantent hunc deuoti pectoris hymnum: angelorū,
Sanctus, Sanctus, Sanctus, &c. oratio ista, vel & hominū
hymnus partim angelorum partim hominum
verba complectitur. Legitur enim in Esaia, qd Esaia. 7.
Seraphim clamabant, alter ad alterum, & dice-
bant: Sanctus, Sanctus, Sanctus, dominus Deus
exer:

exercituū, plena est omnis terra gloria eius. Le
Matt. 21. gitur quoque in Euangeliō, quod qui p̄eibant,
& qui sequebantur, clamabant dicentes: Osan:
* Vval. de na filio Dauid, benedictus qui venit in nomine
sacramētū domini, Osanna in altissimis. Vox * angelorū
tal. **titu. 4.** trinitatis & unitatis in Deo commendat arca
c. 35. cōcil. num. vox hominum diuinitatis & humanitatis
Vasense. tis in Christo personas sacramentum. Poteſt ta:
can. 6.
Luc. 21. men p̄afationis officium ad illud referri, quod
Iesuſ ascendit in cōenaculum magnū stratum;
In quo multa locutus est cum discipulis suis, &
gratias agens, hymnum retulit Deo patri,
Ioan. 18. quod Ioannes euangelista describit, usque dum
egreſſus eſſet trans torrentem Cedron, de quo
dicit Matthæus: Et hymno diō, exierunt in
montem oliueti. Gelasius Papa tractus & hy:
mnos compoſuit, & sacramentorum p̄afatio:
nes cauto & elimato sermone dictauit. Sixtus
autem hymnum Sanctus, Sanctus, Sanctus, can:
tari constituit.

Per omnia ſecula ſeculorum.
Amen. Dominus vobiscum:
Et cū ſpiritu tuo. Sursum corda.
Habemus ad dominum. Gratias
agamus domino Deo nostro. Di:
gnum & iustum eſt. Verè dignum
& iustum eſt, æquum & ſalutare.

Nos

Nostibi ſemper & ubiq; gratias a-
gere. Dñe sancte pater omnipoṭēs
xterne Deus. Per Christum domi-
num noſtrum. Per quem maiesta-
tem tuam laudant angeli, adorant
dominationes, tremūt potestates.
Cœli cœlorumq; virtutes ac beata
ſeraphin ſocia exultatione cōcele-
brant. Cum quibus & noſtras vo-
ces, ut admitti iubeas depcamur,
ſupplici confeſſione dicentes..

De expositiōne p̄afationis eiusdem.
C A P V T. L X I.

Monet ergo ſacerdos, ut corda ſursum ha:
beamus ad dominum, ſecundum exhorta corda.
tionem apostoli dicentis: Quæ ſursum ſunt que:
rite, & non quæ ſuper terram. Nam ubi eſt the: **Colof. 3:**
ſaurus tuus, ibi & cor tuum. Multi quidem dum **Matt. 6:**
ore loquuntur cœleſtia, corde meditantur terre:
na. Quibus dominus improperebat per prophetā:
Populus hic me labijs honorat, cor autem eorū **Eſai. 26:**
longē eſt à me. In qualibet ergo oratione pecca:
tum eſt, ſed in iſta periculum, Cor habere diui:
ſum

ab ore illius sum ab ore, oshabere diuisum à corde. Nam qui uisum.

semper ipsum non audit, Deus illum nō exaudit. Chorus ergo respondens proficitur se sacerdotis monita iusepisse, cum ait: Habetus ad dominum. Diligenter ergo prouideat, ne cor habens deossum ad secula in spiritu sancto dampnabiliter mentiatur. Sacerdos postquam atten-

Gratias a: tos reddit & deuotos, hortatur ut gratias agamus domino Deo nostro. Quoniam ipse est Deus noster. id est, creator, ipse est dominus, id est, redemptor,

noster. Ipse enim est noster Iesus, id est, Salvator. Tunc erit verissimè noster, cu:n erit omnia in omnibus, id est, sufficientia singulorum, quoniam ipse est Deus qui de nihilo nos creavit, ipse est dominus, qui sanguine suo nos redemit. Ipse est noster, qui sui manere nos saluabit. Qui creando nobis dedit naturam, qui redimento dedit gratiam, & saiuando conferet gloriam. Chorus ergo respondens, sacerdotis verbum approbat &

Dignum & affirmat. Dignum, inquit, & iustum est, Dignum iustum est. quantum ad dominum, quia ipse est dominus Deus noster. Iustum est, quantum ad nos, quia nos sumus populus eius, & oues pascuae eius. Vere dignum & iustum est, æquum & salutare. Nos tibi semper, &c. Dignum, quia nos mera voluntate fecisti. Iustum, quia nos pura misericordia redemisti. Aequum, quia gratuito nos iustificas. Salutare, quia nos perpetuo glorificas. Age gratias tibi domine sancte, ubique paterom:

Psal. 102. niptens, semper æterne Deus. Vnde Psalmista.

In omni loco dominationis eius benedic anima

Psal. 33. mea domino. Et iterum: Benedic dominum

in omnitempore, semper lauseius in ore meo.

Per Christum dominum nostrum. Aduocatum 1. Joan. 2. enim habemus apud patrem Iesum Christum Hebr. 5.

dominum iustum, qui interpellat pro nobis, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, qui exau-

ditur, in omnibus pro sua reverentia. Per eum ergo quasi per mediatorem laudes efferimus.

Per eum quasi per aduocatum gratias exhibes-

mus. Per quem maiestatem tuam laudant ange-

li, adorant dominationes, tremunt potestates.

Per illum itaq; laudant, adorant & tremunt, per

quæ omnia facta sunt, per quæ omnes spirituum or-

dines sunt creati. Nā dixit Deus, fiat lux, & fa-

cta est lux. Verbo dixit, & verbo fecit, quia ver Psalm. 31.

bo domini cœli firmati sunt. Et in principio erat

verbū, & verbū erat apud Deū. Omnia per ip-

sum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Lau-

dant. Vnde Psalmista. Laudate eū omnes ange Psal. 148.

lieius. Adorant. Vnde Esdras, Exercitus cœli te 2. Esdr. 19.

adorant. Tremunt. Vnde Iob: Colunæ cœli con Iob. 26.

tremiscunt, & pauēt aduentū eius. Tremere ve Quomo-

rō dicuntur, non metu formidinis, cū sint perfe dō tremū

cte beati, sed administrationis affectu, vel obedi angeli.

dientiæ famulatu, cum secundum apostolum, Heb. 1.

Omnis sunt administratorij spiritus in ministris Quomo-

rium destinati. Cœli dicuntur laudare, quia lau- dio cœli

dispræstant materiam. Vnde Propheta: Cœli laudant

cœlorum & aquæ quæ super cœlos sunt laudent Deum.

nomen domini. Vel per cœlos hic thronos ac. Esai. 66.

cepit, quia dominus ait: Cœlum mihi sedes est.

Seraphim ardens vel succendens interpretatur, Seraphim:

eo quod præceteris ardent & succenduntur in

INNOCENTII PP.

charitate. Reperitur autem hoc nomen & neutrum & masculinum. Sed neutraliter terminatur in, n, vt in hoc loco Beata Seraphin. Masculi ne terminatur in, m, vt in propheta, Serapham clamabant, alter ad alterum. Verum cum noue Cur in præ sint ordines angelorum, quare tribus exclusis, fatio non tantum sex in præfatione ponuntur? an non illi exprimuntur? si cum ceteris maiestatem diuinam glorificantur noue & adorant? Absit. Nam virtutes celorum, omnes ordines nes comprehendunt. Vnde Psalmista: Verbo angelorum, domini cœlificatis sunt, & spiritu oris eius, omnis virtus eorum. Et iterum: Dominus virtutum ipsi. Psalm. 32. se est rex gloria, vel forte licet occulta, tamen Dionysius⁹ certa prouisum est ratione. Dionysius quippe de cœlesti tres esse tradit ordines angelorum trinos in similitudine trinitatis eis insinuechia. c. 6. tur impressa. Sunt enim tres ordines superiores, & D. Th. tres inferiores, tres medij. Superiores, Seraphim. I. p. q. 108. Cherubim, throni. Medij, dominationes, principatus, potestates. Inferiores, virtutes, archangeli, angeli. De singulis autem hic ordo mediis * i. lib. sen. subtrahitur, de superioribus Cherubim, de mediis. d. 3. d. Th. dijs principatus, de inferioribus autem archangeli. Quia ad comparationem trinitatis æternæ articul. 7. (cuius maiestas hic præcipue commendatur) omnino alia trinitas diminuta reperitur & impensis Psalm. 88. facta. Nam quis in nubibus æquabitur domino? Vestigium autem quis similis erit Deo inter filios Dei? Quod trinitatis dam enim in creaturæ trinitatis vestigium * rei in creaturæ lucet in omnibus creaturis, tam in angelo ris. quam in homine quam in mundo. Nam ad angelum Ezech. 18. lū inquit propheta. Tu signaculum similitudinis plenius sapientiae & perfectus decore. De homine dicit scriptura. Fecit Deus hominem ad imam Gen. 1. genem & similitudinem suam. De mundo dicit apostolus. Invisibilia Dei per ea quæ facta sunt Roma. 1. à creatura mundi conspicuntur intellecta. Quemlibet autem trinitas, siue spiritualis in angelo, siue corporalis in mundo, siue spiritualis & corporalis in homine, similitudinem quandam diuinæ trinitatis ostendit, ipsius tamen similitudinis non perficit veritatem. Deus enim est spiritus. Quid tristis increatus, immensus, incommutabilis summa nitas. me potens, summe sapiens, summe bonus. Increated, quia non incipit in tempore vel ex tempore. Immensus quia non circumscribitur loco. Incommutabilis, quia non variatur * in forma. Alias affectu. Summe potes, cui nihil est impossibile. Sum factus. me sapiens, cui nihil est ignoratio. Summe bonus, cui nihil est inuidentia. A quo omnia, in Roma. 11. quo omnia, per quem omnia. A quo sunt potenter creatura. Per quem omnia sunt sapienter formata. In quo omnia sunt diligenter conservata. Creatra per potentiam, formata per sapientiam, conservata per diligentiam. Creatra per potentiam, patrem causam efficientem. Per sapientiam, filium causam efficientem. Per diligentiam, spiritum sanctum causam perficientem. Tres i. Ioan. 5. enim sunt qui dant testimonium in celo, pater, verbum, & spiritus sanctus, & hi tres vnu sunt. Tres personaliter, sua quisque ratione distinctus. Pater generatione, Verbum filiatione, Spiritus sanctus processione, vnu * officialiter. Totum omnes Alias est quod singuli natura, potestia, voluntate. Et omni sensitualiter

LIBER. II.

66

K 2 no

I N N O C E N T I I . P.P.

no quicquid secundum substatiām præ dicatur. Hanc æternam & individuām trinitatem laudant angeli, adorant dominationes, tremunt protestates. Cum quibus & nostras voces. Duas enim omnipotēs Deus rationabiles cōdidit naturas, angelicā & humanā, quæ laudibus diuinis infisterent, & e. gratiarū actiones redderent, quas dū pāri voto concelebrant, tanq; à super ores & inferiores chordæ in cœlesti cithara socien-

Apoca. 15. tur. De qua dicit Ioannes. Et audiui vocem citharædorum citharizantium in cithari suis, & cantabant quasi canticū nouū. Supplici confessione, quasi nō superba præsumptione, sed humili laude dicentes. Sanctus, Sanctus, Sanctus dominus Deus Sabaoth. Ter dicitur sanctus, & semel Deus dicitur, ut trinitatis & unitatis mystriū cōprobetur. Hoc non solum Seraphim clama bant, sub excelsō Dei solio secundū prophetā,

Ezai. 6. Sed & quatuor animalia, secundū Apocalypsim Apoca. 4. in circuitu sedis, requie non habebant die ac no

Sāctus do: & e dicentia: Sāctus, Sanctus, Sanctus, dominus minus.

Deus omnipotēs. Sanctus dicitur, id est, sancti

Leu. 19. & cans, non autē sanctificatus. Vnde sancti estote,

20. quia ego sanctus sum dñs Deus vester. Sanctus

Ioan. II. pater dicente filio: Pater sanctifica eos in veritate quos dedisti mihi, quia tu sanctus es: Sanctus

Luc. I. filius angelo protestatē. Quod nasceret ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Sanctus spiritus Christo dicente: Accipe spiritum sanctū,

Ioan. 10. quorū remiseritis peccata, remittuntur eis. Dis-

Deus Sa citur autem dñs Deus Sabaoth, id est, dñs exer-

baoth. citū, videlicet angelorū & hominū, quorū ter-

ribilis

L I B E R . I I .

67

ribilis vt castrorum acies est ordinata: tot enim exercitus habet Deus in terra, quot sunt ordines in Ecclesia: tot habet in cœlis, quot ordines sunt in angelis. Pleni sunt cœli & terra gloria tua. Nomine cœlorum & terræ, angeli & homines divina plen' gratia, perhibentur, vel ad litram cœlum & terra gloria diuina replentur, quia * deitas est vtiq;. Vnde Propheta. Si ascen * Alias didero in cœlum, tu illuc es, Si descendero ad infer uinitas. num ades. Super omnia non clatus, subter om̄ Psalm. 138. nia non prostratus, intra om̄nia nō inclusus, extra om̄nia non exclusus. Vnde reperitur in Iob, Iob. ii. Excelsior cœlo est, & quid facies? profundior inferno, & vnde cognoscēs? longior terra mensura eius, & latior mari. Quia vero necessarium est ad æternā salutem, incarnationis mysteriū confiteri, recte subiungitur: Benedictus qui ve: Ioann. 5. nit in nomine domini. Ego, inquit, veni in nomine patris mei, nōmē patris est filius, de quo dicit propheta: Ecce nomē dñi venit de longin: Ezai. 30. quo. Osanna in excelsis. Verbū Hebræum est, Osanna: quod signat, salua obsecro, compositum ex Osī, Matt. 21. quod eit salua, & Anna quod est interie&tio obsecrantis. Vel Osī & Anna duæ sunt dictiones per eclypsim prolatæ. Bis autem dicitur Osanna, ppter duas partes salutis, quæ sunt stola mētis & stola carnis, quibus sancti beatificantur in gloria. Hic laudis versiculus in psalmo. cxvij. reperitur. Quod enim turbæ dixerunt: Osanna, hoc est, quod ibi dicitur: O domine saluum me fac, & eisdem verbis subiungitur, Benedictus qui vcnit in nomine domini.

K 3

CAPIT.

CAPITVLA TER.
TII LIBRI.

- 1 De silentio post præfationem, Vbi triplex ratio ipsius assignatur, allegorica, tropologica, & historica, agitur etiam de flagello.
- 2 De his quorum memoria coluntur in secreta, Vbi dicitur quur ante canonem in plerisq; sacra-mentariorum imago Christi depingitur.
- 3 De primis signis quæ sunt primo super obla- tam & calicem, Vbi agitur de tripla Christi traditione, quæ facta est à Deo, à Iuda, à Iu-dæo. Docetur etiam quod ea quæ sacris of-feruntur altaris, & dona & munera & sacrificia nuncupantur, cur sacrificia plura-liter nominentur, cum unum sit sacrificium singulariter, & quod dicitur sanctum sacri- ficium illibatum.
- 4 De tribus ecclesiæ sacrificijs.
- 5 Pro quibus sacrificium offeratur, Vbi distin-guitur, quibus videlicet, & pro quibus sacri-ficium altaris sit offerendum, agitur etiam de duplice potestate, spirituali & tempora-li, ecclesiastica & mundana, quur etiam sa-cerdos vel presbyter dicat, Offerimus, quem unus sit ille qui offert.
- 6 In quo loco debeant viuorum nomina recitari, Vbi tra-

Vbi traditur, quod usque ad finem missæ fi-deles debent in ecclesia permanere, quid sit Deum meminisse & obliuisci, Qua ratione sacrificium laudis Eucharistia nuncupatur.

- 7 De tribus bonis, pro quibus sacrificium laudis effertur, sè per alib; spiritualibus & aeternis.
- 8 Quod sacrificium altaris equaliter offertur to-ti t' initati.
- 9 De tripla commemoratione sanctorum quæ fit in Secreta.
- 10 Quare non fit commemoratione in canone confes-sorum.
- 11 Quod sacrificium soli Deo offerendum est, Vbi distinguntur due species servitutis, videli-cet Latra & Dulia, agitur etiā de tribus petitionibus, quas B. Gregorius adiecit in ca-none. Et de triplici pace quæ postulatur in missa.
- 12 De quinq; signis que secundo sunt super obla-tam & calicem, Vbi agitur de Christi vendi-tione, de persona venditoris & venditi & e-mentis. Exponitur etiā tripliciter & illa clausula. Quam oblationem digneris facere benedictam, ascriptam, ratam rationabilem & acceptabilem.

LIBER

Tertius.

De silentio post p̄fationem.*

C A P V T . I.



Ost acclamatum p̄econium,
sequitur secretum silentium.
Nam vt Ioannes Euangelista
describit, vbi Iesus honorifice
fuit receptus à turbis:tum pal-
mis & laudibus, abiit & absco-
dit se ab eis, non vtique trepi-
dantis formidine, sed dispensantis officio, quia
nondum venerata hora eius, quæ postquam ad-
uenit, spontaneus ad passionem accessit. Surgi-
te (inquit) eamus, ecce appropinquat qui me
tradet, oblatus est enim quia ipse voluit, vnde

Matt. 26. Eſai. 53. Joann. 12. cum cohors & ministri venissent cum laternis
& facibus & armis, vt comprehendenterent illum,
sciens Iesus omnia qua ventura erant super eū
processi: & dixit eis: Quem queritis? Respon-
deret ei Iesum Nazarenū, dicite eis: Ego sum.
Orandum illud ergo latibulum Christi hic secretum silen-
ti in secreto siuum representat, in quo cessante verborum
cordis. tumultu, sola dirigitur ad Deum intenta deuo-
tio. Tūc enim sacerdos debet intrare in cubicu-
lum cordis, & ostio sensuū intercluso, Deū pa-
tr̄ orare, nō multiloquio, sicut Ethnici faciūt: q.
i. Timo. i. putat multiloquio exaudiri, sed i corde puro: &

con-

conscientia bona, & fide non ficta. Deus enim Hier. 17.
nō est exauditor vocis sed cordis, nec est admis-
nendus clamoribus, quia renum est scrutator &
cordium. Quod Anna typum gerens Ecclesie,
legitur obseruasse, quæ non petitione clamosa,
sed tacita deuotione impetravit quæ petiit. Scri-
ptum est enim in libro Regum, q. Anna loquebatur in corde suo, tantuq; labia illius commo-
uebantur, & vox penitus non audiebatur. Item
in psalmo: Dicite in cordibus vestris, & in cubilibus Psalm. 4:
libus vestris compungimini. Spiritus est Deus, Ioan. 4.
& eos qui adorant in spiritu & veritate oportet
adorare. Ne verò muscæ morientes perdant sua
uitatem vnguenti, flabello spiritus abigantur. Eccles. 4.
Quatenus auster adueniens perflet hortum, vt Canti. 4:
aromata fluant: hoc est, ne importunè cogitatio-
nest tollant deuotionem orationis, inspiratione
gratiæ repellatur. Quatenus spiritus sanctus ac: Cur Canō
cedens mentem fecundet, vt virtutes abundet. in secreto
Ceterum ne sacrosancta verba vilesceret, dum canit. Vis
omnes pene per vsum ipsa scientes, in plateis & de Rati-
viciis, alijsq; locis incongruis decantarent, de: nali diuis-
crevit Ecclesia, vt hæc obsecratio quæ secreta norū. li. 4.
censemur, à sacerdote secrète dicatur, vndēfer. De secre-
tur, quod cum ante consuetudinem quæ post: ta.
modum inoleuit, quidam pastores ea decanta-
rent in agro, diuinitus sunt percussi.

De his quorum memoria colitur in secreto.

C A P V T . I I.

IN secreto recolitur memoria passionis, vides
Ilicet, eorum quæ gesta sunt per hebdomadā
antepaschalem, à decima luna primi mensis,
K 5 quando

qñ Iesuſ adiijt Ierosolymā, vſq; ad ſeptimādecimam quādo reſurrexit à mortuiſ. Propter quod inter prefationem & canonem in plerisq; ſacra mentarii imago Christi depingitur, vt non ſolum intellectus literæ, verū etiam aſpectus pueræ memoriam dominicæ paſſionis inspiret. **Litera in** Et forte diuina factum eſt prouidentia, licet huſ principio manu non ſit industria procuratum, vt ab ea liſ Canonis. tera canon inciperet, que ſui forma ſignum crucis oſtendit & exprimit in figura Thau. Namq; myſterium crucis iſinuat, dicens domino per Ezech.9. Prophetā: Siga Thau in frontibus viroſ duſtientium & gementium, &c.

Teigitur clementiſſime pater per Ieſum Christum filium tuum dominum noſtrum ſuppli- cies roga- muſ & petimus: vt i accep- ta habeas & benedicas. Hæc * dona. Hæc * munera. Hæc * ſancta ſacrificia illibata. In primis que tibi offerimus pro eccleſia tua ſancta catholica: quam pacificare: cuſtodiare adunare, & regere di- gneris toto orbe terrarum: vnā cū famulo

famulo tuo papa noſtro. N. & an- tiſtite noſtro. N. & rege noſtro. N. & omnibus orthodoxis: atque ca- tholicæ & apostolice fidei culto- ribus.

De tribus signis quæ ſiunt ſuper oblatam &

calicem. CAPVT III.

* D. Tho.
3.p.q.83.ar

Teigitur clementiſſime pater. Eadem die tic. 5. ad. 3. qua laudes à turbis ſunt acclamat: videli: Vvald. de certa decima luna primi mensis, quando ſecundum Sacramen legem typicus agnus in domos Hebreorum in ſtal. titu. +. feretur, verus agnus ingressus eſt Hierosolyma: c. 37. mam, & à nequissimiſ lanitiſ obſeffus, multis in Exod. 12. ſidijs querebatur ad morte. Traditus eſt autē à tribus, à Deo, à Iuda, à Iudaeis. De prima traditio Triplex ne dicit Apoſtolus: Proprio filio ſuo non peperit Christus ita cit Deus, ſed pro nobis omnibꝫ tradidit illū. De ditio. ſecunda ſcribitur in Matthæo: Querebat Iudas Rom. 8. opportunitatē, vt eū traderet. De tertia legitur Matth. 26. in Ioāne: Gens tua & pōtifices tui tradiderūt te Ioan. 11. mihi. Prima fuit ex gratia, qā dilexit nos, & tra Lucæ. 22. didit ſemetipſum pro nobis. Secunda ex auaritia, Ephe. 5. quia coſtituerunt ei triginta argenteos, & exi- de querebat opportunitatem vt traderet eum ſi ne turbis. Tertia ex inuidia, Sciebat enim Pilatus, q̄ ex inuidia tradidiffent eū. Deus ergo tra- didit illum ex dono, Iudas pro munere, Iudeus in

in sacrificium illibatum, quod utique non Iudei libauere, sed gentes. Quoniam ablata non est res.

Matth. 12. gratia à Iudeis, & datum est genti facienti frumenta, & eius. Ad hoc igitur designandum, sacerdos haec munera dos faciebat tres crucies super oblatam & calicem, rā hæc sanctum dicit: Hæc dona, hæc munera, hæc sancta &ta sacrificia sacrificia illibata, commemorans illam traditio-
cia.

Joan. ii. nem, quam Deus fecit ex dono, Judas pro mune
re, Iudeus in sacrificium illibatum. Singuli ta-
men ad mortem, mortem autem crucis. Nam li-
cer diuersa fuerunt operantia, tamen unum &
idem extitit operatum. Hæc trina traditio tunc
incepit, cum filius, ex Dei patris decreto, & ex
consilio spiritus sancti, necnon ex proprio bene
placito veniens Hierosolymam, semetipsum ex
posuit passioni, qui cum venisset, ibidem expo-
suit ad quid venisset. Nisi, inquit, granum fru-
menti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum
solum manet: si autem mortuum fuerit, multum
fructum affert. Et ego si exaltatus fuero de ter-
Opere tripla, omnia traham ad meipsum, hoc autem dices:
nitatis in bat significans qua morte esset moriturus. Vel
diuisa. potius quia diuisa sunt opera trinitatis, potest
* 3. Sententia. referri totum ad diuiduam trinitatem, que
d. i. c. i. & tota tradidit Christum in mortem, ut tota per
4. ex Aug. Christum redimeret nos à morte. Donum enim
Tolet. 6. est dantis, munus accipientis, sacrificium offeren-
ti. Datis. Et pater dedit, filius obsequitur, spiritus sanctus
nys. c. 1. de accepit. Hinc ergo dicit Apostolus: Christus per
diuin. no- sanctum spiritum semetipsum obtulit Deo im-
min. maculatum. Singuli tamen obtulerunt, & dede-
Heb. 9. runt, & acceperunt. Sed ad distinctionem dicis-
tur

tur pater dedisse propter autoritatem, filius ob-
tulisse propter humanitatem, Spiritus sanctus
acepsisse propter benignitatem. O liberalis gra-
tia, liberalitas gratiofa, quod Deus dedit nobis
in donum, hoc accepit à nobis in munus, eadem
enim sacrificia dona sunt simul & munera. Dos-
na sunt nobis collata, munera sunt à nobis obla-
ta. Nam quæ sacris offeruntur altariibus, & mu-
nera nuncupantur & dona. Vnde dominus in-
quit in euangelio: Si offerts munustum ad alta. Matth. 5.
re, vade prius reconciliari fratri tuo. Et Apostolus Heb. 3.
lus de Pontifice ut offerat dona & sacrificia pro
peccatis. Daniel quoq; dixit ad Baltasar. Mu Danie. 5.
nera tua tibi sint, & dona tua alteri da. Sermo-
num igitur inculcatio, pia deuotionis est exci-
ratio vel ineffabilis commendatio sacramenti.
Non enim unum aliquod inuenitur vocabulum
quod tantum sacramentum dignè valeat appelle-
lare, nisi quod Græcè dicitur eucharistia, quod
exponitur bona gratia. Dicuntur autem dona Cur plura
pluraliter, munera, sacrificia, quia panis & vinum liter dona
antequam consecrentur, & diuersæ sunt species dicuntur.
substantiarum, & diuersæ specierum substatiæ.
Sed ubi consecratio cœlestis accesserit, species
quidem remanent, sed substantiæ conuertuntur,
ita quod diuersa sunt continentia, sed unicū est
contentum. Nam idem sub vtrah; specie conti-
netur, licet non in idem vtrah; substantia cons-
uertatur, sicut infra planius & plenius ostende-
tur. Dicuntur & sancta & illibata, quia panis & sacrificia
vinum significant sacrosanctum corpus & in illibata.
maculatum sanguinem Iesu Christi. Non enim
dicuntur

INNOCENTII. P.P.

z. Cor. ii. dicuntur illibata quasi nondū gustata. Sed potius illibata dicuntur, id est, immaculata, quae sine manu cordis & corporis oportet offerri, quatenus & cor ab iniuitate purgetur, & corpus ab immunditia, quoniā ut inquit Apostolus: *Qui cunq; manducauerit panem vel biberit calicem domini indignē, reue erit corporis & sanguinis domini. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui autē manducat & bibit indignē, iudicis sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus domini. Ideo multi sunt infirmi & imbecilles, & dormiunt multi,*

* Missam esse sacrificia

De tribus sacrificijs ecclesiae.

C A P. I I I .

Porrō tria sunt ecclesiae sacrificia, quae significantur in Natura: cuncta sunt in veteri testamento per propria ceno. c. 14. torium, thuribulum & altare, videlicet, sacrificio Tridē. scilicet cūm pénitentiæ, sacrificium iustitiae, & sacrificio eucharistiae. De primo * Sacrificium Deo Addo * an spiritus contribulatus. De secundo: Tunc accedit Psalmita, prabis sacrificium iustitiae. De tertio, Tibi sacrificio hostiam laudis. Super altare caro macta. Psal. 50. Ibidem, intra thuribulum thus adoleatur. Ad propria Psalm. 115. tiatorium sanguis infertur. Caro mactatur in cōtritione, thus adoleetur in deuotione. Sanguis in

Triplici fertur pro redemptione super altare corporis, sacrificij intra thuribulum cordis, ad propitiatoriū Dei triplices patris. In sacrificijs illis panis & vinum & aqua nis, triplex spiritualiter offeruntur. In sacrificio pénitentiæ triplices vinū, vinum doloris & compunctionis, aqua mœroris & triplices & plorationis, panis laboris & afflictionis: dolo aqua, ris in corde, mœroris in ore, laboris in opere. In sacrificio

LIBER. III.

71

sacrificio iustitiae panis fortitudinis & constanterie, vinum rectitudinis & prudentiae, aqua mansuetudinis & temperantiae: fortitudinis inter aduersa, rectitudinis inter iniqua, mansuetudinis in ter probra. In sacrificio eucharistiae panis unitatis, vinum charitatis, & aqua fidelitatis: panis pro corpore, vinum pro anima, & aqua pro populo, sicut infra planius & plenius ostenditur. Inter haec sacrificia, primum educit, secundum deducit, tertium autem inducit. Educit incipientes, deducit proficientes, inducit perficientes ex

AEGYPTO per desertum in patriam, ex AEGYPTO confusionis, per desertum peregrinationis, in patriam glorificationis. Haec tria sacrificia sa-

cerdos offert in missa. Primum in confessione, secundum in praefatione, tertium in actione. Na-

& tria sunt quae secundum prophetam, Deus res

quirit ab homine: diligere misericordiam, facere iudicium, & sollicitum ambulare cum Deo. ab hoīe.

Diligat ergo misericordiam qui vult offerre ea. Mich. 6.

Sacrificium pénitentiæ, faciat iudicium qui vult * D. Tho.

offerre sacrificium iustitiae, cum Deo ambulet 3. p. q. 83. ar

felicitus qui vult offerre sacrificium eucharistiae. ti. 4. Vval.

De quibus sacrificium offertur.

Tria res
quirit ab homine: diligere misericordiam, facere iudicium, & sollicitum ambulare cum Deo.

ab hoīe.

Diligat ergo misericordiam qui vult offerre ea. Mich. 6.

Sacrificium pénitentiæ, faciat iudicium qui vult * D. Tho.

offerre sacrificium iustitiae, cum Deo ambulet 3. p. q. 83. ar

felicitus qui vult offerre sacrificium eucharistiae. ti. 4. Vval.

De quibus sacrificium offertur.

de Sacras
mental. ti.

C A P V T. V.

In primis igitur, &c. Hic primo inuestigandum 4. c. 37.

Quibus liter & quare sacrificium laudis debeamus offerre pro quib⁹, re. Quę quatuor ex ipso canone possumus euidē qualiter, ter aduertere. Quibus, soli Deo scilicet, & indi. & quare uiduae trinitati. Pro quib⁹, pro ecclesia sancta & a offerendū tholica, videlicet p. vīb⁹ orthodoxis. Qualiter, est.

in

INNOCENTII. PP.

in vnitate fidei, vide licet in communione sanctorum. Quare, pro beneficijs temporalibus & spiritualibus & aeternis, sed oib[us] ppter Deū. Primum notatur cum dicitur, tibi reddūt vota sua, aeterno Deo viuo & vero. Secundum, pro ecclesia tua sancta catholica. Tertium, communicantes & memoriam venerantes. Quartum, pro redēptione animarum suarum, pro spe salutis & incolumentis suis. Sacrificium ergo laudis offerunt & generaliter pro cunctis, & specialiter pro quibusdam prælatiſ & subditis, ibi, vna cum famulo tuo Papa nostro, & omnibus orthodoxis, pro viris & mulieribus ibi astantibus. Memeto domine famulorum famularumq[ue] tuarum pro sacerdotibus & astantibus, ibi, & omnium circumstantium. Et qui tibi offerunt hoc sacrificium pro nobis & nostris, ibi, pro se suisq[ue] omnibus.

Pro eccl[esi]a. In primis, id est, principaliter offerimus tibi pro saia catholi ecclesia sancta tua catholica, id est, vniuersalito ca.

to orbe terrarum diffusa, sed fidei sacramentis vniita, quam pacificare digneris, vt pacem habeat ab haereticis & schismaticis, & adunare quæ dispersa est inter paganos & perfidos, quæ etiam custodire digneris a virtijs & dæmonijs, & regere in prosperis & aduersis. Id ipsius tamen videtur esse pacificare, coadunare, custodire & regere. Tunc enim pacificat, cum fidelium mentes adunat, vt per spiritum sanctum charitate diffusa, multititudinis credentium sit cor vnum & anima vna. Tunc custodit, cum inter mundi

Actu.4. pericula regit, vt de sancto mittens auxiliū, eam Psalm.9. de Siō tueatur. Licet enim septem in Apocalypsi scribantur

LIBER. III.

73

scribantur ecclesiæ, vna tamen in Canticis est co Canti. 6. lumba, nam sapientia ædificauit sibi domum, ex Prou. 9. cedit columnas septem, vna ergo est ecclesia, septem ordinibus distributa, vel septem charisma tibus insignita, quā ille pacificat & adunat. Ille custodit & regit, qui propter ipsius regimen & munimen vnum præposuit vniuersis, vt omnes ab uno, sicut corpus à capite gubernentur. Pro quo statim oratur, vna cū famulo tuo Papa nostro Propapa stro. Vndē cōstat, vt inquit Pelagius, ab vniuerso orbe separatos esse, qui qualibet dissentione inter sacra mysteria apostolici pontificis memoria secundum consuetudinē non frequentantur. Qui verò non sunt de Romana dioceſi, pro suo quoque dicuntur orare pontifice, quatenus vnitatem spiritus in vinculo pacis obſeruent. Orati Pro rege dum etiā esse pro principe Apostolus docet ad I.Tim.2. Timotheum. Obsecro, inquit, primum omnifieri obſecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus, & pro omnibus qui in sublimitate sunt constituti, vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate. Sicut enim Duæ vite sunt duæ vite, cœlestis videlicet & terrana, vna & duæ possunt spiritus vivit ex Deo, altera qua caro vivit testates, ex spiritu. Sed utraque vita nutritur vt possit subſistere cœlestis spiritualibus, & terrena carnali bus. Ita sunt duæ potestates, ecclesiastica & mundana, vna quæ moderatur spiritualia, & alia quæ moderatur carnalia. Ista per clericos, illa per laicos, vt ista vacet cœlestibus quantum ad animam, & illa terrenis quantum ad corpus.

L Post

Pro omni Post vtramque potestate, oratione et pro omnibus ortho minibus orthodoxis, qui sub veraq; fidem catholico doxis. licata & apostolicam venerantur & colunt. Orthodoxyani recte glorioli dicuntur, qui Deum

Oblastis a recte Idei confessione glorificant. Licet autem sacerdotis in virtus tantum offerat sacrificium, pluraliter tamen personae eccl. mendicent: Oferimus, quia sacerdos non tantum clavis. in sua, sed in totius ecclesie persona sacrificat.

Quapropter in sacramento corporis Christi nisi bono magis nihil a malo minus perficitur sacerdote, dummodo sacerdos cum ceteris in arca consistat, & formam obseruet traditam a consilium. Quia non in merito sacerdotis est, sed in verbo conficitur creatoris. Non ergo sacerdotis iniquitas effectum impedit sacramenti, sicut nec infirmitas medici virtutem medicinæ corrupit.

Quomo: Quanuis igitur opus operans aliquando sit imido est bonum, semper tamen opus operatum est muna missa dum. Sed sicut omnia sunt munda mundis, sicut semper omnia sunt immunda immundis. Malus ergo i. Tit. i. cum vitam accipit, mortem incurrit. Sic econtra i. Cor. ii. tra bonus cum morte sustinet, vitam acquirit. Nam qui manducat indignem, iudicium sibi manducat,

Memento domine famulorum tuarum

N. & omnium circumstantium: quorum tibi fides cognita est: & nota deuotio pro quibus tibi offerim:

vel

vel qui tibi offerunt, hoc sacrificium laudis pro se suisque omnibus pro redemptione animarum suarum, pro spe salutis & in columbitatis sue tibiisque reddunt vota sua: aeterno Deo viuo & vero.

In quo loco debeant viuorum nomina recitari.

C A P V T . V I I .

Memento famulorum famularumque tuarum. N. & omnium circumstantium. Ex hac iunctura verborum manifeste coniicitur quod quasi quidam sit locus ubi sacerdos specialiter quos voluerit debet nominare. Viuorum tandem forte posse nomina hic debet recensere, quoniam in se sit, quenlibet locus occurret, ubi defunctorum potest ritagere memoriam specialem. Hinc evidenter apparet, quam sanctum sit ac salubre missarum interesse myste: ijs, cum sacrificium eucharistiae pro circu astantibus offeratur specialius. Unde causa: De consecratione est in Canonibus, quando omnes fideles qui coenam dist. i.c. nesciunt in sacris solennitatibus ad Ecclesiam, & scriptu Omnes fratres Apostolorum & Euangeliū audiant. Qui vero deles, rō non perseverauerint in oratione usq; dum misericordia peragatur, velut inquietudines ecclesie comoventes, conuenit communione priuari. Verum cum Dominus nihil ignorat, nec alicuius valeat obliuisci, quid est quod perimus ut Deus noster meminerit. Porro Deus dicitur scire quos approbat. Unde, Nos L. 2 uit

- s. Ti. 1.** uit Dñs qui sunt eius. Et dicitur nescire quos res
Matth. 7. probat. Vnde, Nō noui vos. Rursus dicitur obli-
& 25. uisci malorum, cum malus ad bonum conuertit.
Obliuisci. tur. Vnde, Si impius egerit pœnitētiā, onniā
Ecclef. 18. iniquitatū eius non recordabor. Et dicitur obli-
 uisci honorum, cum bonus ad malum conuertit.
Ibidem. tur, siue pernertitur. Vnde, Si iustus à iustitia se
 auerterit, omnes iustitas eius non recordabor.
Meminis: Deus quandoque ergo recordatur ad misericor-
 diam. Vnde, Memento mei Deus, quia ventus
Iob. 7. est vita m̄a. Quandoque recordatur ad punien-
Psal. 136. dum. Vnde: Memento domine filiorum Edom
 in die Hierusalem. Ergo p̄ctimus, vt non tātum
 meminerit, sed h̄c p̄ctimus vt nostri misere-
Psal. 24. tur. Secundum illud: Reminisce miseratio-
 tuarum domine, & misericordiarum tuarū, quæ
 à seculo sunt. Quorum tibi fides cognita est, &
 nota deuotio. Quasi qui propitiaris fidelibus &
 deuotis, qui solus vides in conscientijs, qui restat
 credant & deuote te diligant, vt pote renūscru-
Psalm. 7. tator & cordium, Deus scientiarum dominus,
 occultus omnium occulorum persecutator.
Heb. 4. In cuius conspectu nulla creatura est inuisibilis.
 Pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt,
 quasi, Memento domine eorum pro quibus of-
 ferimus, sed & sacerdotum qui offerunt. Cum
 enim sacerdos offert pro populo nihilominus &
 pro se. Vel ideò dicit pro quibus offerimus, vel
 qui tibi offerunt, quia non solum offerunt sacer-
 dores, sed & vniuersi fideles. Nam quod specias
Sacrificiū liter adimpletur ministerio sacerdotum, hoc
 laudis. vniuersaliter agitur voto fidelium. Dicitur autem

tem sacrificiū laudis, secundum illud Apostoli: Col. 3:
 li: Quicquid facitis, omnia in laudem Dei agite,
 vt Deus laudetur in vobis. Vels sacrificiū lau-
 dis dicitur, quia cūm Deo quicquam offerimus,
 sua sc̄i reddimus, non nostra largimur. Vnde: Psalm. 49:
 Si esuriero non dicam tibi, meus est orbis terre,
 & plenitudo eius. Ergo immola Deo sacrificiū
 laudis, & redde altissimo vota tua. Vel potius sa-
 crificiū laudis dicitur, quia propter hoc maxi-
 mē Deum laudare debemus, quia non solum se-
 dedit pro nobis in pretium, sed etiam se dedit
 nobis in cibum, vt per pretium redimeret nos à
 morte. Per cibum aleret nos ad vitā. Vnde, Qui Ioan. 6:
 manducat me viuit propter me. Pro se suisq; o-
 mnibus. Videlicet consanguineis vel affinibus,
 familiaribus vel amicis. Licet enim diligere te-
 neamur etiam inimicos. Secundum illud: Diligi Luc. 6:
 te inimicos vestros. Seruare tamen debemus or-
 dinem charitatis, secundum illud: Introduxit me Canti. 2:
 rex in cellam vinariam, & ordinavit in me cha-
 ritatem. Nam & Apostolus ait: Dum tempus ha-
 bemus operemur bonū ad omnes, maximē au-
 tem ad domesticos fidei.

De tribus bonis pro quibus sacrificiū laudis
 offertur, temporalibus, spiritualibus, &
 aeternis. C A P. V I I.

Pro redemptione animarum suarum: quasi
 dicat, non pro temporali lucro & appetitu ter-
 reno, sed pro spe salutis & incolumitatis, id est,
 pro salute vel incolumitate sperata, Spe nanq; Rom. 18:
 saluifaci sumus, pro salute mentis & incolumi-
 tate corporis. Nam vtraq; sanitas est ab illo, qui
 L 3 dicit,

- Esa.15. dicit, Salus populi ego sum, &c. Verum vtraque sanitas prouenit ex redemptione animæ, id est, remissione peccati, sicut econtra de reatu peccati procedit infirmitas vtriusq; luxta sententiam veritatis: Ecce sanus (inquit) factus es, iam noli Triplicis peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Por hominis rō tria sunt hominis bona, corporalia, spiritua bona. 3 liz, & æterna, videlicet, intima, media, & superi mæ, pro quibus sacerdos dicit se offerre. Pro corporalibus, id est, pro incolumitate. Pro spiritu libus, id est, pro redēptione. Pro æternis, id est, pro salute. Nam & dominus docet nos pro his tribus orare. Pro æternis, vnde, Adueniat regnū tuum. Pro spiritualibus, vnde, Fiat volūtas tua, sicut in cœlo & in terra. Pro corporalibus, vnde, Panem nostrum da nobis quotidianū. Offerimus ergo sacrificium pro æternis, vt dentur nobis in præmium, Pro spiritualibus, vt dentur nobis ad meritum, Pro corporalibus, vt dentur nobis ad adminiculum, vt per hac & ista perueniamus ad illa. Aliquando non offerimus Deo sacrificium nisi propter seipsum, quia ipse est dominus Deus noster. Vnde propheta: Confitemini domino quoniam bonus. Verum cum dicat apostolus, quod virtus in infirmitate perficitur, & iterū: Cum infirmor tunc potens sum, Quid est quod pro corporis incolumitate sacrificium laudis offerimus? vt conseruata nobis sanitatem vel redditam, gratiarum actiones in ecclesia referamus.
- Quod sacrificium altaris æqualiter offertur toti Trinitati. C A P. VIII,

Tibi

Tibi reddunt vota sua, cum nostra donemus Bonū op⁹ & aliena reddamus. Quomodo vota sua & Dei & sunt reddūt, & non potius donant? Vel si reddūt nostrū est, quomodo sua sunt & nō potius aliena? Sane vo *Cōcil. Attum bonum & hominis eit & Dei, sed Dei prō rauſ. can. 9 pter autoritatem gratiae, hominis propter liberatatem arbitrij. Propter quod dicit Apostolus: 1. Cor. 15. Non autem ego, sed gratia Dei mecum. Et iterum: Coadiutores Dei sumus. AEterno Deo vñ Ibid. 3. uo & vero. Dij nanq; dicuntur homines & dæ: Quomones & imagines, sed homines adoptiuē, dæ: do dij mul mones usurpatiuē, imagines nuncupatiuē. Per tisunt adoptionē, vt ibi. Ego dixi dij estis & filii excel: Psal. 81. siomnes. Per usurpatiōni, vt ibi, Omnes dij Psal. 95. gentiū dæmonia. Per nuncupationē, vt ibi: Ap. Sap. 13. pellauerunt deos opera manuum hominū. Primi sunt veri & viui sed non æterni. Secūdi sunt viui, sed nec æterni, nec veri. Sed ille solus est æternus, viuus & verus, imò veritas & vita & æternitas, qui est Deus per essentiā, quide se dici. Ego sum Deus, & non aliud præter me. Licet Eſai. 45. autē specialiter dirigatur ad patrē, propter au: hæc obſe toritatē principij. Nam & filius ita docet nos ora cratio, re. Pater noster qui es in cœlis. Propter hoo in principio Canonis dicitur. Te igitur clementifime pater per Iesum Christum filium tuū domi nū nostrū supplices rogamus & petimus. Aequa Sacrificiū liter tam en indiuidua trinitati, sacrificiū laudis toti trinitati offeritur tā patri quām filio quām vtriusq; spiri tati offer tui. Quorū sicut indiuisibilis est maiestas, sic in tur. diuisibilis adoratio. Luxta quod veritas docet. Veri adorato: es adorabunt patrem in spiritu Ioa. 4.

Ioan.14. & veritate. Nam qui Deus saragit veraciter adorare, patrem adoret in spiritu sancto & veritate, id est, in filio, quia pater essentialiter est in filio, & filius naturaliter in patre. Spiritus sanctus substantialiter in utroque, secundum illud. Ego in patre & pater in me est. Quapropter ita *potest non indiscretè distingui, cum dicitur, ex eterno uiuo & vero, ut quod est communione secundum essentiam, approprietur propter notitiam. AEternitas patri, ratione principij, quia pater a nullo est, & omnia sunt ab eo, filius per generationem, spiritus sanctus per processionem, cætera per creationem. Veritas filio qui de se dicit. Ego sum veritas. Et de quo Psalmus dicit. Veritas de terra orta est. Vita spiritui sancto, sicut habetur in symbolo. Credo in spiritum sanctum dominum & viuiscentem, qui ex patre filioque procedit. Totsius igitur individuæ Trinitatis individua est adoratio, quæ principaliter exhibetur in sacrificio,

**Ioan.14.
Psal.84.**

Communicantes & memoria in venerantes. In primis gloriose semperque virginis Mariæ genitricis Dei & domini nostri Iesu Christi. Sed & beatorum apostolorum ac martyrum tuorum Petri, & Pauli, Andreæ, Iacobi, Ioannis,

nis, Thomæ, Iacobi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis, & Thaddæi, Lini, Cleti, Clementis, Sixti, Cornelij, Cypriani, Laurentij, Grisogoni, Ioannis, & Pauli, Cosmæ, & Damiani. Et omnium sanctorum tuorum: quorum meritis precibusque concedas, ut in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio. Per eundem Christum dominum nostrum. Amen.

*De *trina commemoratione sanctorum, quæ fit in Secreta.

C A P V T. IX.

Communicantes, &c. Secreta quæ secundum etat. S. 84. in diuersos & Canon & actio nuncupatur, non loâ. & lib. tota simul ab uno, sed paulatim a pluribus, ex 22. de ciui. eo quoque perpenditur fuisse composta, quod ter c. 10. Vval in ea sanctorum commemoratione repetitur. Lib. de cetero hoc ipsum peruerterit ad laudem & gloriam sacramentum Trinitatis. In secunda quippe commemoratione tal. titu. 40. ne supplentur qui de primitiis sanctis deesse vi c. 37. nu. 11. debantur in prima. Verum in ea commemoratione & sequentiōne quæ fit ante consecrationē corporis Christi bus,

*Diony. d
eccl. hie-
rarch. c. 2.
Chrysost.
hom. 21. in
act. apost.
Augu. tra.

Triplex si postulatur sanctorum suffragium. In ea vero eodem modo quæ sit post consecrationem corporis Christi ratio sanctorum consortiam imploratur: quia nimis eorum antequam corpus Christi quod est uiueris ecclesia consecratur, id est, antequam regnum adueniat, necessarium est nobis in via sanctorum suffragium, ut meritis eorum & precib⁹ diuinæ protectionis muniamur auxilio. Sed ubi corpus Christi fuerit consecratum, id est, ubi regnata aduenierit, assequemur in patria sanctorum consortium, ut societatem & partem cū sanctis Apóstolis & martyribus habeamus. In via

Quomodo quippe cōmunicamus sanctis per fidem, quā ipsi do cōmūs habuerunt & nos habemus, in patria vero parti nicanus cipabimus sanctis per speciem, quā ipsi habent, & nos habebimus. Nos enim fidem habemus, & spē illi speciem habēt & rem. Nos percurrimus stadium, illi possidēt brauiū. Nos pugnamus in via, illi triumphant in patria. Cōmunicamus igitur & memoriam veneramus apostolorū & martyrum, & præcipue gloriose genitricis virginis Mariæ, ut eorum suffragio de fide perducamus ad speciem, de stadio veniamus ad brauium, de Merita pa via transeamus ad patriam. In hac quidem communione suffragantur memoriam sanctorū, illud obseruat ecclesia, grantur si: quod antiquitas consueuit agere, ut in orationibus suis recolat patrum memoriam, quatenus eorum meritis suffragantibus facilius obtineat,

Exod. 32. quod implorat. Sic Moyses pro peccante populo intercedens patrum memoriam interpolavit. Recordare (inquit) Abraham, Isaac, Israël, seruorum tuorum, &c, Sic Azarias oratio legitur in

fornacē. Ne quæsumus auferas misericordiam tuā a nobis Domine Deus noster, propter Abram dilectum tuum, & Isaac seruum tuum, & Israël sanctum tuum. Multum enim merita patrū filii suffragantur. Vnde cum Ezechias diuinum auxilium postularet, audiuit. Protegam urbem hanc & seruabo eam propter me & propter David seruum meum. Et alibi. Ecce ego scindam regnum de manu Salomonis, verū tamen una tribus remanebit ei propter seruum meum Dauid ut remaneat lucerna Dauid serui mei coram me in Hierusalem cū sanctis diebus. Vnde, Propter David Psalm. 131. uid seruum tuum non auertas faciem Christi tui. Et quoniam extra unitatem Ecclesiæ non est locus offerendi sacrificium unitatis, ideo sanctorum memoriam cōmunicamus in sacrificio, quatenus in communione sanctorum sacrificium offeramus. Nam sicut unus panis ex multis granis, ita & unum corpus ex multis membris. Sic ex multis fidelibus una constat ecclesia. Scriptum est enim, alienigena nō vescetur ex eis, quoniā sancta sunt. Et ideo solū illum ad esum huius agni assumimus, qui nostræ coniunctus est domui, videlicet omnem domesticum fidei à principe usq; ad plebeium, ab apostolo usq; ad publicanum.

¶ Quare nō fit commemoratio confessorum in Canone.

CAPVT. X.

Llud autem oportet inquire, cur in Canone nulla fit commemoratio Confessorum, cū inter sanctos eorum memoriam magnificè veneretur ecclia? Sed ad hoc potest probabiliter responderi.

deri. Quod Canon prius fuit editus, quam memoria sanctorum confessorum Ecclesia celebaret. Nam omnes ferē sancti, qui commemorantur in Canone, præcesserunt Sylvestrum, præter Ioannem & Paulum, Marcellinum & Petru qui proximo successerunt: Ecclesia verò post eum beati Sylvestri cœpit sanctorum confessorum memoriam venerari. Nam & sedes episcopales, qua iuxta dispositionē beati Petri apostoli sunt in ciuitatibus singulis antiquitus constructe, non in memoria confessorum, sed ad honorem apostolorum & martyrum, & præcipue beatę virginis, veterum deuotio dedicauit. Nam & in Ecclesiasticis reperitur historijs, quod S. Bonifacius, qui quartus à B. Gregorio Romani urbis episcopatum tenebat, suis precibus à Phoca Cefare impetravit donari Ecclesię Christi templū Téplū Pā Rōmā, quod ab antiquis Pantheon antea voca theō à Pho batur. In quo eliminata omni spurcitia fecit Ecclesia Dei genitricis atque omnium martyrum Christi. Canon autem ex eo coniicitur præcessisse, quod Apostolorum catalogus non ita reperiatur in eo dispositus, sicut in emendationibus codicibus euangelicis reperitur. In prioribus enim editionibus (vt inquit Hieronymus) non solum Euangelistarum mutatus est ordo, sed etiā verborum ac sententiarum erat confusa commixta. Autor Ca tio. Traditur autem quod Gelasius papa, quinque quagesimus primus à beato Petro, qui fuit post Sylvestrum per CLX. annos, Canonem principiter ordinavit. Sed ut beatus Gregorius afferit in Registro, Scholaisticus illam orationem compo

composituit, quæ super Eucharistiam dicitur in Secreta.

HAnc igitur oblationem servit utilitas nostræ: sed & cunctæ familiæ tuæ quæsumus domine: ut placatus accipias: diesq; nostros in tua pace disponas: atq; ab eterna damnatione nos eripi: & in electorum tuorum iubeas grege numerari. Per Christū dominum nostrum. Amen.

¶ Quod * sacrificium soli Deo offerendum sit, vnde distinguitur duæ species servitutis. C A P. XI.

* D. Th. 2.

2. q. 81. ar. 1.

HAnc igitur oblationem, &c. Duæ sunt spe lib. 3. sent. cies seruitutis, vna quæ debetur soli Deo d. 9. creatori, & dicitur Latria. Et altera quæ creatu Latria & risipenditur, & dicitur Dulia, utrāq; specie Dulia. determinat dominus dicens, Reddite quæ sunt Matt. 22. Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Ad latrā pertinent templa, altaria, sacerdotia, sacrificia, & huiusmodi, quæ sunt soli Deo exhibēda, qui Psal. 88. glorificatur in concilio sanctorum magnus & meruēdus super omnes qui in circuitu eius sunt. Non enim sanctis, ad honorem Dei, sed Deo potius ad honorem sanctorum dedicātur templa, cōsecrantur altaria, sacerdotia statuuntur, sacrificia

I N N O C E N T I I . P.

ficia offeruntur, ne forte si secus agatur, nō theo
sebia, sed idolatria committatur. Hinc ergo
Deus in lege praecepit, dominū Deum tuū ador-
abis, & illi soli seruies, id est, soli Deo seruitu-
tem adorationis impendes. Diesq; nostros. &c.
B. Gregorius hastres orationes in Canone dici-

Additio. tur addidisse, videlicet. Dies nostros in tua pa-
B. Grego. ce dispone, per eum qui pro nobis est traditus in
manus eorum qui pacem oderunt. Ab aetern-
na damnatione nos scripi, per eum qui pro no-
bis morte temporali damnatus est, Et in ele-
ctorum grege facies numerari, per eum qui pro

Quadruplex nobis deputatus est cum iniquis. Est autem pax
peccatorum, & pax iustorum, pax temporis, &
pax aeternitatis. Porro pax temporis interdum
conceditur bonis & malis. Sed pax aeternitatis,
nunquam dabitur nisi bonis, quia non est pax

Ezai. 57. impijs, dicit dominus. De pace peccatorum di-
Psal. 72. cit Psalmista, Zelaui in peccatoribus, pacē pec-
catorum videns. Aduersus hanc pacem domi-

Matth. 10. nus inquit in euangelio: Non veni mittere pa-
Gala. 5. cem, sed gladium. De pace iustorum dicit Apo-
stolus, Fruktus spiritus est charitas, gaudium, pax
patientia. Hanc pacem dominus reliquit Apo-
stolis dicens. Pacem relinquo vobis. De pacem te-

poris inquit propheta: Orietur in diebus eiusu
stitia, & abundantia pacis. Hac pacem incessan-
ter petit ecclesia. Da pacem (inquit) in dieb⁹ no-
stris, quia non est alius, qui pugnet pro nobis,
&c. De pace aeternitatis dominus dixit Apo-
stolis: Pacem meam do vobis, nō quomodo mu-
dus dat ego do vobis, Hac est secundum prophe-
tam,

L I B E R . I I I . 80

ram, pax super pacem de qua dicit Psalmista, In Psal. 4.
pace in idipsum dormiam & requiescam. Pro-
pter hanct triplicem pacem teroramus in Missa.
Dies nostros in tua pace disponas, Da propitius
pacem in diebus nostris. Dona nobis pacem, vt
de pace temporis, per pacem pectoris transe-
mus ad pacem aeternitatis. Ob hoc etiam sacer-
doster in Missa osculatur altare, in principio, in
medio, in fine.

QVAM oblationem tu Deus
in omnibus quæsumus Be-
ne ✠ dicta. Ascri ✠
ptam. Ra ✠ tam, rationabilē: ac-
ceptabilemque facere digneris: vt
nobis Cor ✠ pus & San ✠ guis
fiat dilectissimi filij tui domini no-
stri Iesu Christi.

¶ De quinq; signis quæ fuit secundo super obla-
tam & calicem, & de Christi venditione,
De persona venditoris & venditi &
ementis. CAP. XII.

QVAM oblationem, &c. Quarta feria Iudas
vnus ex duodecim, a diabolo supplatus,
immane sacrilegium perpetrauit, dum fi-
lium Dei pro triginta solidis argenteis vendi:
dit Pharisæis, in recompositionem darami, quod Iuda ven-
tum incurrit.

ditus. xxx incurrerat propter effusionem vnguenti, quare argenteis. inquit, hoc vnguentum non venit trecentis denarijs, & datum est egenis? Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fuerat & loculos habens, ea quae mittebantur portabat. Quilibet autem argenteus valebat decem denarios vsuales, & ita damnum vngueti, quod valuerat. CCC. den. triginta recompsauit argenteis. Si vero dicamus argenteos denarios fuisse usuales, dicemus, quod Iudas vendidit Christum, quasi vile mancipium triginta denarijs, qui sunt decima tricentorum denariorum quod valuerat vnguentum, propter quod dominus forte* denus* respectu iuc loqui ur per prophetam. Apposite. derunt mercede meam triginta argenteis, quo Zacha. ii. appretiatus sum ab eis. Ad designandum ergo pretij quantitatatem, quo Christus est venditus, sacerdos hic facit tres cruces communiter super oblatam & calice in eum dicit. Benedicta, ascribitur. Iudae venientiam, ratam. Nam & trecenta pariter & triginta multiplicationem suscipiunt a ternario. Postmodum autem ad designandum venditionem lationi non & exemptionem duas cruces imprimit sigillatum, stræ. vnam super oblatam, & aliam super calicem, cum dicit, Fiat corpus & sanguis, quasi diceret, illa veditio fuit maledicta, proscripta, irrita, iniqua & detestabilis, sed tu Deus hanc oblationem digneris facere benedictam, ascriptam, ratam, rationabilem & acceptabilem. Iudas enim dilexit maledictionem, & venit ei, & noluit benedictionem, & prolongabitur ab eo. Sed tu Deus digneris hanc oblationem facere benedictam, per quam nos in

nos in celestibus benedicas. Iudas enim deletus est de libro vite, & cum iustis non scribetur. Sed tu Deus hanc oblationem facere digneris a scriptam, per quam nos inter electos ascribas. Iudas se laqueo suspedit, & episcopatum eius accepit alter. Sed tu Deus hanc oblationem digneris facta ratam, per quam ratum sit tibi nostræ salutis promissum. Iudas exiit condemnatus, & oratio eius facta est ei in peccatum. Sed tu Deus hanc oblationem facere digneris rationabilem, per quam rationabile fiat nostræ seruitutis obsequium. Iudas reddit mala pro bonis, & odium pro dilectione retribuit. Sed tu Deus hanc oblationem digneris facere acceptabilem, per quam nos tibi reddas acceptos. Ideo sacerdos facit tres cruces communiter super oblatam & calicem, cruces, quia Christus communiter tria egit circa panem *D. Th. 3. & vinum, accepit, benedixit, & dedit. Postmodum p. q. 83. art. dum vnam crucem facit specialiter super oblatam 5. ad. 3. tam, quia dixit: Comecte hoc est corpus meum, & alteram facit specialiter super calicem, quia dixit, Bibite, hic est sanguis meus. Et secundum hunc sensum recte subiungit: Qui pridie quam pateretur, &c, vel potius quia Iudas veditum Christum ad crucis gendum sacerdotibus, scribis & phariseis. Idcirco sacerdos ad notandum communiter tres emptores, facit tres cruces communiter super oblatam & calicem, dum dicit, Benedictam, ascriptam, ratam. Ad notandum versus discreta venditorem & venditum, facit dues cruces discretè, super oblatam & calicem, cum dicit, ut fiat corpus & sanguis. Petimus ergo hanc oblatam

Ascripta, oblationem, ut Deus faciat benedictam, a scripta, ratio ptam, & ratam, ut eam consecret, approbet, & nabilis. confirmet in rationabilem hostiam & accepta bile sacrificium, ut ita nobis, id est, ad nostram salutem panis fiat corpus, & vinum sanguis, dilectissimi filii Dei domini nři Iesu Christi. Vel oramus, ut Deus hanc oblationem facere digne tur a scriptam, id est, talem quæ de memoria sua nulla poscit obliuione deleri, & ratam, id est, ta lem quæ de memoria sua nulla poscit mutatio ne conuelli. Rationabile autem eam fieri deposcimus, id est, talem quæ diuinæ rationi conueniat. Refert enim inter rationabile & rationale quia rationabile dicitur quod de ratione procedit. Et rationale, quod vtitur ratione. Vel ita, quam oblationem tu Deus digneris in omnib⁹ facere, benedictam, hoc est, transferre in eā hostiam quæ est in omnibus benedicta, a scripta, ra tionalis, & acceptabilis. Benedicta dicitur hostia salutaris, id est, ab omnicausa male dictio nisi munis tam originali quām actuali, tam criminali quām veniali. Sicut Elisabeth in Lucæ. i. quid ad virginē, Benedictus fructus ventris tui. Exo. ii. & A scripta dicitur, id est, figuris & scripturis vete ribus designata, tam in agno paschali, quām in Gen. 4. & manna coeli, tam in Isaac immolando, quām in Abel immolato. Quonia[m] (vt inquit Ioānes) 22. Apo. 13. hic est agnus, qui occisus est ab origine mundi. Ratam dicitur, quasi non transitoria, sicut vetus quæ recessit & noua successit, sed quæ permanet in æternum secundūm ordinem Melchisedech. Rationabilis dicitur quasi non peculialis, sicut erat

erat legalis, quæ sanguine taurorum & hircorum non poterat à peccato mūdere, sed quæ sanguis ne proprio consciētias emūdat ab operibus mor tuis. Acceptabilis dicitur, quasi non illa de qua dicit Propheta: Sacrificiū & oblationē noluisti. Psal. 39. Sed sicut dominus ait, Sacrificium laudis hono Psal. 49. rabbit me. Secundum hanc * dispositionem recte Alias * ex subiungitur, ut fiat corpus & sanguis dilectissi positionē, mi filii tui domini nostri Iesu Christi,

CAPITVLA QVAR T LIBRI.

- 1 De sacramento Eucharistie.
- 2 De diversis figuris Eucharistie quæ præcesserūt in veteri testamento.
- 3 Quare sacramētum corporis & sanguinis Christi fuit institutum in specie panis, & vini, ubi traditur: quia panis debet esse de frumento, et vinum de vite.
- 4 Quod panis non fermentatus, sed azythus in sacrificio debet offerri, ubi ponuntur & solun tur obiectiones quas Grati contra Latinos inducunt.
- 5 De tribus verbis, quæ formæ consecratoriae videtur adiecta, bi monstratur, quod tam de verbis, quam de factis dñicis, multa prætermis runt Euangelistæ quæ Apostoli supplerunt.

CAP. LIB. III.

- 6 Quando Christus consecrit et sub qua forma.
- 7 De veritate corporis & sanguinis Christi, sed specie panis & vini, ubi docetur quod vertitur panis in corpus, et vini transubstantiatur in sanguinem. Ostendit etiam quod ipse Christus in Sacramento comeditur, sed integer & ille sus. Et sicut per transubstantiationem omnino non crescit, ita per corruptionem penitus non decrescit.
- 8 Quod sub tota forma et cum corpus existit. Vbi traditur, quod totalis panis in totale corpus convertitur. ita quod nulla pars panis transit in aliquam partem corporis. Quaratur etiam utrum corpus Christi sub Sacramento faciat localem distantiam, & habeat situm in localem.
- 9 De fractione, ubi dicitur, quare fiat fractio & atritio. Utrum accidentia panis & vini post consecrationem sint in subiecto.
- 10 De confessione Berengarij.
- 11 Quid etiam a mure comeditur cum Sacramentum corroditur.
- 12 Quale corpus Christi dedit in cena, super quo triplex opinio recitatatur. Invenitur etiam si pars aliqua sacramenti, per triduum mortis fuisse reservata, quale permanisset corpus sub illa.
- 13 Utrum Iudas accepit Eucharistiam super quod duplex assignatur opinio. Dicitur etiam, utrum faceret

CAP. LIB. IIII. 8;

sacerdos negare debet Eucharistiam criminoso: Et utrum Christus ad bonum, an ad malum iudee tradiderit. Traditur etiam quod Eucharistia non debet dari intincta.

- 14 De duobus modis Eucharistiam comedendi.
- 15 Quid fiat de corpore Christi, postquam sumptum fuerit & comedum, ubi dicitur, quod in praesentia maneat corporalis, quod cibus ille nec sumitur nec digeritur.
- 16 Unde secessus apergitur, post solam Eucharistiae perceptionem euennat. Et utrum Christus localiter descendit de celo, vel ascendit in celum, cum exhibet, aut subtrahat praesentiam corporalem.
- 17 Quando fiat transubstantatio, & quid demostriavit Christus siue sacerdos, cum dicit: Hoc est corpus meum, siue dicendo: manducate ex hoc omnes.
- 18 De forma verborum, utrum per additionem vel subtractionem, transpositionem, vel mutationem effectum consecrationis amittat.
- 19 Utrum panis transubstantietur in Christum.
- 20 De modo transubstantiationis, utrum sit formalis an essentialis.
- 21 Cur Eucharistia sub duplice specie consecretur, cum sub alterutra specie sumatur utrumque: ubi queritur, utrum sanguis sub specie panis,

- aut caro sub specie vini bibatur aut comedatur.
- 22 Vtrum panis sine vino, vel vinum sine pane valeat consecrari: ibi queritur, si post prolationem verborum istorum: Hoc est corpus meum, & ante prolationem illorum: Hic est sanguis meus, impedimentum accidat sacerdoti, quo minus procedere valeat, quid sit in hoc articulo faciendum.
- 23 Etsi vinum inueniri non posse, vel in aliquo casu defuerit, utrum necessitate cogente vel causa intercedente, sola panis materia posse in Eucharistiam consecrari.
- 24 Quid etiam agendum sit sacerdoti, si post consecrationem vinum in calice praetermissum comperiat,
- 25 De diversis sacerdotibus super eadem oblatam celebrantibus, ibi queritur, an ille solus conficiat, qui primus consecratio verba pronuntiat.
- 26 De hora institutionis, ibi traditur, quare Christus post cœnam hoc sacramentum instituit, & quare nunc ante alium cibum sit ritus sumendum.
- 27 Quod corpus Christi totum est simul in pluribus locis.
- 28 Quare sanguis Christi nouum testamentum dicitur.

dicatur.

- 29 Vtrum aqua cum vino conuertatur in sanguinem, ubi ostenditur, quare cum sacerdos profuderit eodem die denuo non sacrificat.
- 30 Quæritur etiam, utrum Christus resurgens à mortuis, sanguinem illum resumperit quem effudit in cruce.
- 31 Quid de circuclione præputij vel umbilici præcisione dicendum sit. Et an sit irritum sacramentum, si plus apponatur aquæ quam vini.
- 32 De vino post consecrationē admisso, utrum conuertatur in sanguinem, & an vinum sine aqua in sanguinem conuertatur.
- 33 Utrum instrumentū transubstantietur in carnem.
- 34 Quare sub alia specie sumitur Eucharistia, cuius triplex assignatur ratio.
- 35 Quod sacramentum altaris simul est & veritas & figura.
- 36 De sacramento & re sacramento, ibi tria distincta notantur, quorum primum sacramentum & non res, secundum est sacramentum & res, tertium est res & non sacramentum.
- 37 Quod species panis & vini duabus ex causis intelligitur esse sacramentū corporis & sanguinis Christi: quia & cōtinet & significat, ibi queritur, cū post consecrationē non sit in altari panis aut vini, quid tū ibi sit sacramentum.

- 38 Ptrum forma panis & form. vini, vel species accidentis & veritas corporis dominus sunt sacramenta, & cum panis & vino diversa sunt accidentia, quod eorum dicendum est sacramentum.
- 39 De distinctione signorum, ubi ostenditur quod sacramentum actus dicitur & passus.
- 40 Quod etiam sacramentum consistit in tribus, in rebus, factis, & verbis.
- 41 Quod sanguis Christi dupliciter intelligitur in remissionem peccatorum effusus.
- 42 Quod sumptio Eucharistiae non est nimium deferenda.
- 43 Quod sacramentum altaris est commemorationis mortis Christi.
- 44 De diversis causis institutionis.

L I B E R

Quartus.

¶ De sacramento Eucharistiae.

C A P V T . I .



CCE nunc ad summum sacramenti verticem accedentes, cum ad ipsum cor diuinum sacrificij penetramus quicquid conamur exprimere, vix viii^o apparet esse momenti, deficit lingua, ser-

mo

mo disparer, superatur ingenii, opprimitur intellectus. Quis enim nouit ordinem cœli, & ponit Iob. 38. rationes eius in terra? Sed pulsamus ad ostium, & si forte clavis David aperire dignetur, ut commo Apoca. 3. de nobis tres panes amicus, qui maximè erunt Lucæ. ii. in hoc conuiuio necessarij. Fides enim petit & forte * accipit, spes querit & inuenit, charitas pulsat & huic aperit, petit & accipit vitam, querit & inuenit Addo chariam, pulsat & aperit veritatem. Is enim est via, ritas. veritas & vita.

Ioan. 14.

Q Vi pridie quam pateretur: accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas: & eleuatis oculis in cœlum: ad te Deum patrem suum omnipotētem tibi gratias agens. Bene * dixit, fregit, de dicto discipulis suis: dicens. Accipite & manducate ex hoc omnes.

Hoc est enim corpus meum.

De diversis figuris Eucharistiae, quae præcesserunt in veteri testamento.

* Figuræ

Eucharis-
tiae in vet.

C A P V T . I . I .

Q Vintadecima die mensis primi, quæ tunc testa. Gestit sexta feria, passus dominus est, & nes. 14. præcedente nocte, videlicet quarta Exo. 11. & decima iuna primi mensis ad vesperam, ut legis 16. I. li. reg.

M 5 figuræ

c. 21. & 3. li. figuræ impleret, post typicum pascha corporis reg. c. 19. & sanguinis sui sacramentum instituit, & ecclesiæ d. Cypria. tradidit frequentandū. Sic enim fuerat præfigur epist. 3. li. 2. ratum in Exod. Decima die mensis primi tollat Ambro. 4 vnuſquisq; agnū per familias & domos suas, & li. de sacra seruabit eum vñq; ad quartam decimā diem mē men. c. 3. sis huius, immolabitq; eum vniuersa multitudo D. Tho. 3. filiorū Israēl ad vesperā, & sument de sanguine p. q. 73. art. agni, & ponent super vtrung; postrem, & in su ti. 6. perluminaribus domorū in quibus comedentib; Exod. 12. lum, & edent nocte illa carnes assas igni & azymos panes cū laetucis agrestibus, & post pauca, Agnus Pa. Est enim phase, id est, transitus dñi. Transitus schalis. istum Ioannes euangelista determinat, dicens: Ante diē festum Paschæ, sciens Iesu quia venit hora eius ut transeat de hoc mūdo ad patrem, cū dilexisset suos qui erant in mundo, in fine dilexit eos, & facta cœna cōpleuit ea quæ fuerant figurata. AEgyptus est mūdus, exterminator dia bolus, agnus Christus: sanguis agni, passio Christi, domus, animarū corpora, superlimina

* Hic de re domus, cogitationum corda. * Hæc sanguine est parti: tingimus per passionis fidē. Illa sanguine tingula, fors: mus per passionis imitationē, signum crucis int̄a ista: post: tus & foris opponentes cōtra aduersarias aereas stes vtriq; potestates, deniq; carnes agni comedimus, & in intellectu: sacramento verū corpus Christi suscipimus, & memo: azymos panes, id est, syncera opera, cū laetucis ria. agrestibus, id est, amaritudine penitentiæ. Sicut forte * itē *enim manna fuit datū Hebreis post transiū seu etiam maris rubri iam submersis AEgyptijs, sic Eucha Exod. 16. ristia datur christianis post oblationē baptismi iam

siam deletis peccatis, vt per baptismū mūdemur lego* ablu à malo, per eucharistiā seruemur in bono. Nam tionem. sicut manna populum illū* perustantem inuia Manna. solitudinis ad terram promissiōnis perduxit: sic Lego* per eucharistiā populum istum per incolatum vita: vallitatē presentis ad patriam paradisi perducit. Vnde re inuiat. Et viaticum appellatur, quia reficiens in via du cit ad patriam. Sane quod in manna præcessit, in eucharistiā consummatur. Nam quianlibet quisq; partem accipit, totam percipit eucharistiā, sicut evenit de manna, quia nec qui plus colle gerat, habuit amplius, nec qui minus parauerat reperit minus. Hanc ergo præfigurabat panis ille cœlestis, de quo Sapiens protestatur: Panē de Sapient. 16. celo præstis sine labore, omne delectatū in se habet omnis saporis suavitatem. Quod de se quasi Christus exponens: Ego sum, inquit Ioan. 6. panis viuus, qui de cœlo descendī. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternū. Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Hinc ergo Apostolus ait: Nolo vos ignorare 1. Cor. 10. fratres, quia omnes patres nostri eandem escam spiritualem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritualem biberunt. Bibebant autem de spirituali consequente eos petra, Petra autem erat Christus.

Quare sacramentum corporis & sanguinis con * D. Tho. stitutum est sub specie panis & vini. 3. p. q. 74* C A P V T. III. art. 1. A Cecepit panem hunc. Sacrificij ritū Melchi sedech primus legitur celebrasse, offerens Genes. 14. panem & vinum, Erat enim sacerdos Dei altis simi.

INNOCENTII. PP.

- Psal.109. simi. Vnde David inquit ad Christum: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchis sedech. Sacrificium ergo Euangelicum præcessit legale, non solùm dignitate, sed etiam tempore, sicut Apostolus plenius ostendit in epistola ad Hebreos. Ideo verò panem & vinum in sacrificium corporis & sanguinis sui Christus instituit: quia sicut præ cæteris cibis & potibus corporalibus panis cor hominis confirmat, & vinum lœtitia cor hominis: ita corpus & sanguis Christi præ cæteris cibis & potibus spiritualibus interiorum hominem reficit & saginat. Vnde: Poculum tuum inebrians quām præclarum est. In his enim duobus plena cōsistit & perfecta refectio, sicut ipse testatur: Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Panis autem debet esse de frumento, & vinum de vite. Quia Christus semetipsum comparauit frumento, cum ait: Nisi granum frumenti cadens in terram mortuū fuerit, ipsum solum manet. Et viti, cū dixit. Ego sum vitis vera. Porro nec racemos viva, nec granum frumenti debet offerri, nisi vel expressum in vinum, vel redactum in panē, quia Christus & panem se dedit, & frumento se cōparat. Quia verò Christus accepit panem & calicem in sanctas ac venerabiles manus suas, & sacerdos ex eculo Christi panem & calicem in manus accipiens, vrumq; per se crucis signaculo benedicit. Cum tamen sacerdos plures simul benedicit oblatas, vnam pro omnibus in manibus accipit. Nam & in vnum Christo corpus omnes simul hostias conuertuntur.

De

LIBER. IIII.

87

De azymo & fermentato pane.

*D. Tho.

C A P V T. IIII.

3. p. q. 74.

Panis autem non fermentatus, sed azymus art. 4. debet offerri in sacrificium, tum ratione facti, tum etiā ratione mysterij. Sic enim legitur præceptum in Exodo: Primo mense, quartade: *Exod. n.* cima die primi mensis ad vesperam comedetis azyma vsq; ad diem vigesimam primam eiusdem menses ad vesperam. Septem diebus fermentatum non inuenietur in domibus vestris: qui comedet fermentatum, peribit anima eius de cœtulis Israël, tam de aduenis q; de indigenis terræ, omne fermentatum non comedetis, in cunctis habitaculis vestris edetis azyma. Quum ergo Christus quartadecima die mensis ad vesperam cenauerit cum discipulis, & agnum paschalem comederit, & vtq; ritu legali cum azymis panibus & laetucis agrestibus: constat quod ea hora fermentatum non inueniebatur in domibus. Christus brœorū. Et ita panem azymum in corpus suum in azymo sine dubio consecravit. Fermentum enim corru consecrationem signat, apostolo testante, qui dicit: Mo uit. dicum fermenti totam massam corruptum. Vt ter i. Cor. 5. go nihil corruptum siue corrūpens, sed totum syncerum atq; syncerans in hoc esse sacramento monstretur, non fermentatum, sed azymum consecramus. Nam secundum Apostolum: Pascha nostrum immolatus est Christus. Itaq; epu Argumen lemur non in fermento veteri, neq; in fermento ta Græco malitiæ & nequitiae, sed in azymis synceritatis rum. & veritatis. Græci autem in suo pertinaces* erat. * Nō errat rōre, de fermento conficiunt, afferentes in pa. Græci cele rafceue

brantes sa rasceue lunam quartamdecimā extitisse, in qua
cramentū verus agnus est immolatus, vt legis impleretur
hoc in ferī figura, quæ quartadecima luna primi mensis pa-
mento vt schalem agnum iusserat immolari. Dominus er
docet. D. go ea die se passurum esse prænoscens, præcedē
Tho. 3. p. te in vespere necessitate ductus anticipauit co-
q.74. ar.4. medere pascha, quia tunclicite poterat comedi
fermentatum, & ipsi corpus domini de fermento
Joan.13, & tato conficiunt. Nam & Ioannes Euangelista re
28. statur, q̄ ante diem festum paschæ Iesu cum

26. Apostolis nocte coenauit, dicit etiam Iudeos in paraseue non intrasse prætorium, ut non contaminarentur, sed comederent pascha. Sabbatum quoq; post crucem, magnū diem sabbati nominauit, quod dici non solet, nisi cum sabbato festum concurrat. Et Lucas ait, quod mulieres in paraseue parauerunt vnguenta, quod eis in die Matthei. 26. festo facere non liceret. Matthæus quoq; describit, quod principes sacerdotum & seniores populi dispouserant Christum occidere, sed non in Solutio ar die festo, ne forte tumultus fieret in populo. Pogramento: rō quæ dicta sunt, eorum assertioni non consuant, si sane fuerint in collecta. Pascha namq; di

Luc. 22. citur dies, solennitas, agnus, & hora. Dies ut ibi,
Ioan. 13. Appropinquabat dies festus azymorum qui di-
citur pascha. Solennitas ut ibi, Ante diem festū
pasche. Agnus ut ibi. Vbi vis paremus tibi come-
dere pascha? Hora ut ibi. Scitis quia post biduum
Ibidem. pascha est. Dies autē festus paschalis erat quin-
Matth. 26. ta decima luna secundum illud. Et in quindecimi-
Leuit. 13. ma die solemnitatem celebrabitis altissimo dño.
Nam quarta decima non erat solennis nisi tantu-
m à vespera,

à vespera. Ante diem festum hunc dominus passcha cum apostolis celebrauit. Nam, vt inquit Matthæus, prima die azymorum accesserunt die Vbi supra. scipuli ad Iesum, dicentes: *Vbi viis paremus tibi comedere pascha?* & vespere facto discubuit cū duodecim. Marcus autem primū diem azymorum determinat, dicens: *Quando pascha immo labant,* & Lucas, *In qua necessitate erat occidi pascha.* Constat ergo quod Christus cum apostoli * D. Tholisea die fecit pascha, quo necessario fiebat ex lege q. 74. citage, scilicet quartadecima luna primi mensis ad ta ar. 4. ad vesperā. Hoc etiam in cunctanter poterit inueni. re, quisquis tabulam cōputi percurrit diligēter. Diem magnū sabbati nominabant in tribus solennitatibus hebdomadalibus, quocūq; septem dies sabbatum dierum contingeret. Nam omnes erant solentia, & si non adeò sicut primus & vltimus, sed ad edendum azyma septem diebus oportebat eos omnes existere mundos. Vnde quolibet septem dierum no poterant introire prætorium, ne contaminarentur, sed comederent pascha, id est, in pascha. Vel nomine paschæ possunt & azyma designari. Quod autem mulieres die festo passacce dicuntur vnguenta parasse, non obest, quia nō erant sub lege, sed sub gratia. Veruntamen Lucas ait: *Quia sabbato filuerunt secundū mandatū.* Sed & mandatū erat in lege, q; in diebus azymorum prima & vltima nihil operis faceret, exceptis his quae pertinēt ad vescendū. Præterea nemo tunc etiā volentibus emere vēdidi set aromata, vt venientes vngarent Iesum. Ut ergo nihil dubietatis remaneat, Lucas reducat ad

ad Marcum, ut intelligatur, q̄ mulieres reuertētes, parauerunt, secundum Lucam, aromata & vnguenta, non tunc, sed secundum Marcū, cūm sabbatum pertransiſet. Quid si longēantē parauerant, quia frequenter audierant dominum in proximo moriturum? Nōne Magdalena iam paraffe videtur, & per inspirationem præcessus paschæ mysterium vñctionis, teste veritate, qua-

Matth. 26. dixit: Mittens hoc vnguentum in corpus meum, ad sepeliendum me fecit Et iterum: Sinite illam, vt in die sepulturæ meæ seruerit illud. Sed vnguentum quod prius incœperat, postea consumimauit. Porrò dispositio sacerdotū dispositioni Dei præuatere non potuit, qui disposerat, vt verus agnus in diebus paschalibus immolaretur, & sic cui typicus agnus quartadecima luna primi mēsis comedebatur in nocte à Iudeis, ita verum agnū discipuli eadē hora comederūt, verū etiā verū esset quod Graci de luna contendunt, cœdendum tamen est ita ritum legis in hoc sicut in

Matth. 5. alijs dominum obseruasse, qui non venit legem **Gala. 4.** soluere, sed adimplere, natus de muliere factus. Alia Grae: sub lege, vt eos qui sub lege erāt redimeret. Sed corum ob ipsi rursum opponunt, quia cum veritas venit, si iectio. gura cessauit, & evanuit umbra cum lumen effulſit. Cum ergo ad verum Pascha peruenient, quæ præcesserunt in typo cessauerunt, secundum illud: Nouis superuenientibus vetera projicie-

2. Cor. 5. tis, & Apostolus ait: Vetera transferunt, ecce noūa facta sunt omnia. Et ideo Christus sicut verū pascha confecit sine lactucis agrestibus, sic & absq; panibus azymis, ne veterem ritum inno-

uo sacrificio retineret, ac per hoc nos iudaizare doceret. Nam vtrumq; pariter erat in lege præceptum. Edent, inquit, carnes nocte illa alias Exod. ii. igni, & azymos panes cum lactucis agrestibus. Scendum ergo, quod non omnes antiquæ legis Solutio consuetudinē abiecit ecclesia, sed quādā pro * D. Tho uida consideratione retinuit. Vnde sponsa dicit q. 7. citat ad sponsum in Canticis canticorum. Omnia po taar. 4. ad ma noua & vetera dilecte mi seruauit tibi. Ad: 2. huic enim faciem plene lunæ consyderat*ne pa Addo * ob scha celebretur in defectu. Adhuc cōficit oleum seruat, vñctionis, & thus suavitatis incendit, adhac sol uit decimas & primitias, adhuc habet candela brum, & lucernas, & vestes, & vasa, & pontifices, & Leuitas. Nam si propterea repudiandum est azymum, quia lex illud ad nisus, pari ratione repudiatur fermentum, quia lex statuit in Leui Leuiti. 7. tico. Offerent panes fermentatos cū hostia gratiarum, quæ offertur pro pacificis. Item in * Pen: Lego * pte. Offerent panes primitiarum de duabus decisiōnibus similā fermentatæ. Non solum enim de constitutionibus legalibus, verum etiam de scriptis Deut. 21. gentiliū libenter aslumit Ecclesia, si quid in eis probè dictum, vel factum agnoscat, & tanquam mulieris captiuæ refecat vngues, pilosq; superfluos, vt ab alienigena superfluitate mundata, thalamū veritatis digna sit introire. Legales ergo consuetudines nō penitus sunt abolitæ, neq; contrarijs superuenientibus sunt destructæ, sed interdū in melius commutatae. Nam cum Deus circuncisionem mutauit, non superduxit cōtrarium id eit, præputium, sed protulit melius, id

N est,

INNOCENTII. P.P.

Galat. 5. est, baptis̄mum, quia circuncis̄io nihil est,* vt di addo * ne: cit Apostolus. Sed fides quæ per dilectionē ope: que p̄p̄ḡ ratur. At azymum & fermentum penitū sunt tū s̄iquid opposita , sicut immedia ta contraria: non ergo decebat, vt Deut̄ tanquam sibi contrarius abij: c̄ceret azymum, & aſumeret fermentatum , quin potius fermentatum quasi minus bonum poſtu: poneret, & azymum quasi maius bonum p̄:.

Alia rur: ferret. Nec illud valere putandum est, quod di: fus Gr̄eco cuntur ideo se fermentum offerre, quia ferment: rū ratio.

tatuim (vt aiunt) spiritus sancti feruorem signat,

quo superueniente corpus Christi de virginis carne conceptum est, sicut angelus illi pr̄dix: rat.

Lucæ. i. Spiritus sanctus superueniet in te , & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; & quod naſce: tur ex te sanctum vocabitur filius Dei , trahens tes foras hanc significationem fermenti exil:

Matth. 13. la parabola euanḡlica. Simile est regnum cœlo: rum fermento, quod acceptum mulier, abscondit in farinæ sati tribus , donec fermentatum est torū. Nam & fermentum manifeste signat tumo:

Solutio. rem veteri virginalis, & vinculum vniōnis. Por: rò multo religiosius illud insinuat, quod secundum Apostolum Christus de massa peccatrice, corpus sine peccato suscepit, tanquam de fer: mentato suscepit azymum , & vt inter Chri: stum & populum, ita militiae , & nequitiae nihil inter sit, sicut inter fermentum & aquam in azymo nihil veteris massæ vel alienæ corruptionis interuenit. Nam per fermentum Christus, per

Ioan. ii. aquam populus designatur, secundum illud: Ni: si granum fermenti cadens in terram mortuum fuerit,

LIBER. IIII.

90

fuerit, ipsum solum manet. Et illud: Beati qui sc̄: Esa. 32. minatis super aquas. A qua sine fermento, mixta frumento, designat populum sine peccato Chri: sto coniunctum. Quenquam & illud valeat desi: gnare, quid sicut azym⁹ panis de pura massa, si ne fermento conficitur, ita corpus Christi de il: libata virgine sine peccato conceptum est. Cæ: terum id solum latinis sufficeret contra Gr̄eos, quid Constantinopolitanam ecclesiam multas, rum hæreſeon corruptio fermentauit: vt non so: lūm hæreticos, verum etiam hæresiarchas pro: duceret. Romanam autem ecclesiam super apo: Rom. ec: stolicæ fidei petram , stabili ſoliditate fundatā, cleſ, nunq; nulla proſus hæreticæ prauitatis procella po: hæretica: tuit conquaſlare. Sed illud ſemper integra fide fuit, feruauit, quod ab ipſis accepit apostolis, qui pre: fentialiter eam ſacri vel instituere doct̄rinis, & eccl̄esiastici ritus regul: m docuere. Ab ipſis er: go beatis Apostolis Petro & Paulo , quos & vi: uos habuit, & defunctos custodit, hunc ſacrificij ri: tum accepit, quem haec enus in uiolabili cul: tu feruauit. Gr̄eci verò postquam tunicam do: mini inconsutilem diuiferunt, vt perpetua diu: fisionis ſcandalum interponerent, ſacrificij ri: tum temerē mutauere, quos Leo nonus per epi: ſtolum ad Imperatorem Constantinopolita: num directam ſuper varijs confutauit hæreſi: bus. Qui latinos inter cætera azymitas vo: cabant, cum ipſi verius Ferme: tarij nuncupentur.

N 2 Quod

INNOCENTII. PP.

*Coci. Tri
den. sessio.
22.c.4.

Quod Apostoli suppleuerunt que
Euangelistæ prætermisserunt.

C A P V T. V.

Eleuatis oculis in cœlum. Tria quædam hic
commemorantur in Canone, quæ nullus
Euægelistatum describit, videlicet eleuatis ocu-
lis in cœlum, æternitate mæti, misterium fidei,
Quis ergo tantæ præsumptionis exitit & auda-
cias, vt hoc de corde suo tentauerit interponere?

Vide. c. Sane formam istam verborum ab ipso Christo
Cum Mar acceperunt Apostoli, & ab ipsis Apostolis acce-
th. ex. de pit ecclesia. Multa quippe tam de verbis, quæ
celebratio de factis dominicis prætermisserunt euangelis-
ne Misa: stæ, quæ tamen Apostoli suppleuerunt, vt est illæ
rum.

1. Cor. 15. thios: Vifus est plusquam quingentis fratribus
simul, deinde vifus est & Iacobø, nouissime or-
mum tanquam abortiuo vifus est & mihi.
Nam inter ipsos euangelistas que tam omittun-
tur ab uno, quæ supplentur ab alio. Vnde cum
tres Euangelistæ commemorant: Hoc est cor-

Quædā in pus meum, solus Lucas adiicit, quod pro vobis
canone su tradetur. Et cum Matthæus & Marcus dicant,
peraddita pro multis, Lucas dicit, pro vobis: sed Matthæus
sunt.

Ioan. ii. addit, in remissionem peccatorum. Ettamenea
quæ adduntur in canone, possunt ex alijs locis

Ibid. 16. euangelij comprobari. Ioannes enim Lazarisu-
scitationem describens, testatur quod Iesus ele-
uatis sursum oculis, dixit: Pater gratias ago ti-
bi, quoniam audisti me. Idem alibi dicit. Hæc lo-
quutus est Iesus, & subleuatis oculis in cœlum,
dixit: Pater clarifica filium tuum. Si enim tunc

LIBER. IIII.

91

in cœlum oculos leuauit ad patrem, cum anima
Lazari renocabat ad corpus, quanto magis cre-
dendum est, quod tunc oculos in cœlum leuarit
ad patrem, cum panem, & vinum, in corpus &
sanguinem proprium conuertebat? Vtrobique ta-
men hoc ad nostram instructionem agebat, vt
& nos, oculos cordis ad terram non deprimas-
mus, sed eleuemus in cœlum, si quod oramus,
volumus impetrare. Gratias agens. Hinc quoque
colligitur, vnde sacrificiū laudis dicitur. Quia
Christus gratias agens, illud instituit. Gratias
autem agebat non pro se, sed pro nobis, id est,
pro reparatione hominum sic futura.

Quomodo Christus confecit & sub qua for-
ma. C A P V T. VI. *Vera sen-
tentiā pro

Benedixit. Cum ad prolationem verborum ponit. D.
Bistorum. Hoc est corpus meum: Hic est sans Tho. 3. p.
guis meus, sacerdos conficiat, credibile iudica: q. 81. ar. 1.
tur, quod & Christus eadem verba dicendo, co-
Triple fecit. Porro quidam dixerunt, quod Christus opinio-
confecit, cum benedixit, literam construentes Prima.
hocordine. Accepit panem, benedixit, subau-
diendum est dicens: Hoc est corpus meū, & tunc
fregit, & dedit, & ait: Accipite & comedite, &
iterauit, hoc est corpus meū. Prius ergo protulit
illa verba, vt eis vim conficiendi tribueret, dein
dè protulit eadē, vt Apostolos formam conficiē
didoceret. Alij vero dixerunt, q. & sacramentū Secunda.
confecit & formā instituit post benedictionem,
cum dixit: Hoc est corpus meum, intelligentes
illam benedictionem fuisse, vel aliquod signum
quod super panem impressit, vel aliquod verbū
N 3 quod

quod super panem expressit. Quibus illud videtur obsistere, quod prius fregerit quam dixerit;

Tertia. Hoc est corpus meum. Nec etiam est credibile, *Hac sen: quod prius dederit quam consecravit. Sanè dici tertiā re: potest, quod Christus virtute diuina consecrit, fellit. D. & postea formālē expressit, sub qua posterib: Tho. q. 78. nedicerit. Ipse nanc; per se virtute propria be ar. i. ad. i. dedit. Nos autem ex illa virtute quam indi- dit verbis.

*D. Tho.
3. p. q. 75. &c
Tridēt. cō
ci. fessio. 13
c. 1. &c. 3.

De veritate corporis & sanguinis
sub specie panis & vini

C A P. VII.

C Vm enim sacerdos illa Christi verba pro-
nūtiat, Hoc est corpus meum, & hic est san-
Quāta vir gnis meus, Panis & vinum in carnem, & sangu-
tus est ver nem convertuntur, illa verbi virtute, qua verbū
borum. caro factum est, & habitauit in nobis, qua dixit,
& facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt. Qua
feminam mutauit in statuā, & virginam conuer-

Psal. 32. & tit in colubrū. Qua fontes mutauit in sanguinē,
148. & aquam conuerit in vinū. Nam si verbū Eliæ
Genef. 19. potuit ignem de cœlo deponere, verbum Chris-
Exod. 4. & si nō potuit panem in carnē mutare? Quis hoc
6. audeat opinari de illo, cui nulium verbū est im-
Ioan. 2. possibile, per quem omnia facta sunt, & sine quo
4. Reg. 1. factum est nihil? Certe maius est creare quod

non est, quam mutare quod est. Ac lōge maius,
quod non est, de nihilo procreare, quam quod
est in aliud transmutare. Illud autē nemo est qui
dubitet, & de hoc aliquis dubitabit? ab sit omni-
no. Incomparabiliter maius est, q̄ Deus ita fa-
ctus est homo, q̄ non desijt esse Deus, quam q̄

panis

panis ita sit caro q̄ definit esse panis. Illud per in-
carnationē semel est factum, istud per consecra-
tionē ingites fit. Sed dixerit alius: Certus semel
omnino q̄ valet, sed non sum certus aliquo mo-
do quod velit. Aduertat ergo, q̄ Christus cum
aceperisset panē, benedixit, & dixit: Hoc est cor-
pus meum. Veritas enīt̄ hoc dixit, & ideo ve-
rum est omnino quod dixit. Quod ergo panis
fuerat cū accepit, corpus suum erat cū dedit.
Panis itaq; mutatus erat in corpus ipsius, & si
militer vinum in sanguinem. Non enim vt h̄ere Sensus h̄e-
ticus sapit, sed desipit, ita debet intelligi, quod reticus.
Dominus ait: Hoc est corpus meum, id est, hoc Eſi, id est,
signat corpus meum, sicut quod dicit Aþto: significat.
lus, Petra autē erat Christus, id est, petra signifi 1. Cor. 10.
cabat Christum. Hoc enim potius dixisset de
agno Paschali, q̄ de azymo pane. Nam Pascha-
lis agnus absq; dubio figurabat corpus domini-
cum, sed azymus panis, oþus syncretus. Sicut au-
tem Ioánes Baptista, quod dixerat, ecce agnus Ioan. 1.
Dei, per adiunctū determinauit, quitollit pecca-
ta mundi. Sic & Christus quod dixerat, Hoc est Lucæ. 22.
corpus meum, per adiunctū determinauit, qd̄
provobistradetur. Sicut ergo corpus Christi ve-
raciter tradebatur, ita verē demonstrabatur, nō
in figura, quæ iam cessauerat, sed in veritate
quæ iam aduenerat. Sanē cum litigarent Iudæi Verē est
ad inuicem dicentes: Quomodo hic poterit car corpus
nem suam dare nobis ad manducandum? Dixit Chri sub
illis Iesus. Amen amēdico vobis, nisi manduca specie pa-
uerit sc̄arnem filij hominis, & biberitis eius san nis.
guinē, nō habebitis vitā in vobis. Qui māducat Ioan. 6.

N 4 carnem

carnem meā, & bibit sanguinem meum habet vitam æternam. Ideo dicit, Amen amen, id est, in veritate in veritate, ut non figuratiuē, sed vērē intelligatur quod dixit: Nisi manducaueritis carnem, &c., & ad maiorem veritatem expressio nem adiungit, Caro mea verē est cibis, & san-
Confessio guis meus verē est potus. Ego vero quia vitam catholica, æternam habere desydero, carnem Christi ve-
raciter comedo, & sanguinem eius veraciter bi-
bo. Illam vtiq; carnem quam traxit de virgine,
& illum sanguinem quē fudit in cruce. Ego cre-
do corde, & ore confiteor, quod ipsum dominū
nostrum Iesum Christū, in hoc sacramento mā-
duco, fretus auctoritate qua dicit. Qui mandu-
cat me, viuet propter me. Non enim cum man-
ducatur, per partes diuiditur, nec laceratur sub
sacramento, sicut caro quæ venditur in mace-
lo, sed & illæsus sumitur, & integer māducatur.
Viuit manducus, quia surrexit occisus. Mans-
ducatus non moritur, quia surrexit nō moritu-
rus. Christus enim resurgens à mortuis, iam nō
moritur, mors illi vlt̄a non dominabitur, quod
enim mortuus est peccato, mortuus est semel,

Rom. 6. 1, Reg. 17. quod autē viuit, viuit Deo. Sicut enim vidua Sa-
reptana quotidie comedebat, & nūquā diminue-
bat farinā de hydria, & oleū de lechzyto. Sic vni-
uersalis Ecclesia quoti:lie sumit & nūquā consu-
mit carnē & sanguinē Iesu Ch̄fi, sub diuersa spe-
cie sacramēti. Sicut ergo corpus Ch̄fi quotidie
manducatur, & non deficit nec decrescit, ita pa-
nis quotidie transit in corpus Christi, sed ipsum
corpus nec in aliquo proficit nec accrescit.

Non

Non enim de pane vel de vino materialiter, nec
caro vel sanguis, sed materia panis vel vini mu-
tatur in substantiam carnis & sanguinis, nec ad
iicitur aliquid corpori, sed transubstantiantur Alias for-
in corpus. matur.

¶ Quod sub tota forma totum
corpus existit.

C A P V T . V I I I .

De his o-
mnibus D.
Th. 3. p. q.

V Erūm an partes in partes, an totum in to-
tum, an totale transeat in totale, nouit ille
qui facit. Ego quod residuum est igni comburo.
Nam credere iubemur, discutere prohibemur.
Si tamen quārentis infestim probitas, ego salua
fide cōcesserim, quod totalis panis in totale cor-
pus conuertitur, ita quod nulla pars panis trāsit
in aliquam partem corporis. Reor autem salua
fidei maiestate, quod vbi panis est consecratus,
sub tota specie, totum corpus existit. Sicut enim
miraculose tam magnum corpus, sub tam pars
uia forra concluditur, ita miraculose totum cor-
pus in singulis partibus continetur: quod inde * forte cō-
cognitio, quoniam in quotcunq; partes species iicio.
diuidantur, sub singulis partibus totus est Chri-
stus, totus in magno, totus in parvo, totus in in-
tegro, totus in fracto. Scio tamen quod dicitur à
quibusdam, quod quādiu species panis integra Hanc simi-
perseuerat, sub totali specie totale corpus exi-
litudinē re-
stitit. Vbi verō diuiditur, in singulis diuisionibus fellit D. incipit esse totum. Sicut in speculo dum est int̄ Th. ead. q.
grum vna tātum apparet inspiciētis imago: sed 76. ar. 3.
eo fracto, tot apparet imagines quot sunt in eo
fracturæ. Porro cum Deus illam virtutem ver-

INNOCENTII. PP.

bis tulerit, ut ad prolationem eorum corpus dominicum incipiat esse sub specie sacramenti; nec illa verba profanantur in fractione, diligenter attendant & ipsi respodeant, vnde corpus Christi quod ante fractionem non in singulis partibus erat rotu, sed sub torali specie torali er extiterbat, post fractionem in singulas partes quodam modo secedit, & incipit esse singulatum in singulari partibus quod integranter erat in integro.

* D. Tho. Licet autem corpus dominicum sit in loco ioca ead. q. 76. le, queritur tamen, utrum in sacramento sit locum. p. ar. 4. 5. catum localiter, id est, utrum faciat localem distinctionem, & an habeat localem situm, ut dicit de

Tutius est beatus qui iacet aut stat? Sed & alia* multa credere quod ta circa praesentem articulum possunt inquiri, discutere. que melius est intacta relinquere, quam temere Exod. 19. dissinire. Nam bestia quae tetigerit montem, lapidabitur, tutius est in talibus citra rationem sub sistere, quam ultra rationem excedere, ne forte, quod absit, ossa regis Iudum et redigantur in cinerem.

¶ De fractione, vbi dicitur, quare
fractio fiat & attritio.

CAPVT. I X.

Falsa opinio. **F** Regit. Solet a multis inquiri, sed a paucis in nio, quae ne telligi, quid Christus tunc in mensa fregit, gat trans & quid sacerdos in altari nunc frangit. Fuerunt substantia qui dicent, quod sicut post consecrationem ratione panis remanent accidentia, sic & vera panis Hæretica substantia, quia sicut subiectum non potest sine sententia in accidentibus existere, sic accidentia non possunt Tridenti. existere sine subiecto: quoniam accidentis esse non

LIBER: IIII. 8;

nō est aliud quod inesse. Sed panis & vini substatijs ses. 13. ca. 4. permanentibus, ad prolationem illorum verborum & car. 2. corpus & sanguis Christi veraciter incipiunt. Reprobant sub illis, ita quod sub eiusdem accidentibus utru: ta est haec que vere sumitur panis & caro, vinum & sanguis, opinio sub quorum alterum probat sensus, reliquum credit si hoc pontides. Hi dicunt quod substantia panis frágitur & at fice in Conseruitur, inducentes ad hoc illud quod dicit Apo. cito Late stolus: Panis quem frágimus, & Lucas: Una fabrané, ut pati cum conueniemus ad frangendum panem, tunc extra dicit &c. Hi facile solūtū quæstionē illam, qua queri summa tri tur, quid à mure comeditur, cù sacramentū corporis & fidicatur, comeditur secundū illos illa panis. tho. Et longe sc̄ia, sub qua corpus Christi esse mox definit. geante res Porro qualē significandi modū habet nomē ac p̄p̄ata suit cidentis, in physica facultate, talē existendi modū a S. Ambrōzū habet accidens nominis in theologica veritate. Nā sicut hoc nomen albus significat accidentis in substantia, id est, in adiacentia, sed hoc nomē albedo significat accidentis sine subiecto, id est, in existentia: sicut ante consecrationē accidentis est in subiecto, quoniam existit in alio. Sed post consecrationē accidentis est sine subiecto, quoniam in sacramentis existit per se. Transit enim substantia, sed rema to sine sub nent accidentia: nec dicitur accidentis in vi partici iecto. D. p̄p̄ij, sed accipiendo est in vi nominis. Sicut enim Th. 3. p. q. ibi substantia corporis est, ubi forma corporis nō 75. art. 5. & videtur, sic ibi forma panis videtur, ubi substantia q. 72. art. 1. panis non est, nec est aliud ibi panis nisi caro Christi, quae nomine panis aliquando designatur. Luxa quod Dñs ait: Panis quem ego dabo, caro Ioan. 6. mea est pro mundi vita. Et Apo. stolus: Quoties: 1. Cor. 11. cunque

I N N O C E N T I L P .

cunque manducabitis panem hunc & calicem
bibetis, &c. Non enim debemus quære re natu-
ram in gratia, neq; consuetudinem in miracu-
lo. Non solum accidentales, verum etiam natu-
rales proprietates remanere videntur, vt panei
tas quæ saturando famem expellit, & vinitas

Conclusio quæ satiando sitim extinguit. Dicamus ergo q;
forma panis frangitur & atterit, sed corp^o Chri-
sti sumitur & comeditur. Ea videlicet quæ notat
corruptionem referentes ad formam panis, ea
verò quæ notant acceptiōem ad corpus Chri-

¶ De confessione Berengarij.

CAPVT. X.

Vide. c. Es. Berengarius quippe quia suspectus habebas
go Beren. Butur de hæresi, & ne remaneret anguis sub
garius. de herba, ad maiorem expressionem coram Nicos
consecre. Iao Papa multisq; præsulibus est confessus, panē
dist. i.

Berengarius quippe quia suspectus habebas
go Beren. Butur de hæresi, & ne remaneret anguis sub
garius. de herba, ad maiorem expressionem coram Nicos
consecre. Iao Papa multisq; præsulibus est confessus, panē
& vinum, quæ in altari ponuntur post consecra-
tionem, non solum sacramentum sed etiam ve-
rū corpus & sanguinē Chri este, & sensualiter nō
solum sacramentum, sed etiā in veritate in ma-
nibus sacerdotum trætari & frangi, etiam fide-
lium dentibus atteri. Non autem corpus Christi
vel in partes diuiditur, vel dentibus laceratur,
cum sit immortale & impassibile. Sed in qua re
fiat fractio vel attritio, beatus Augustinus ostē-

De conse-
dit, dicens: Quando Christus manducatur, refi-
dist. i. cap. cit & non deficit. Nec quando manducamus de
Nos autē illo partes facimus, quod quidem in sacramēto
& ca. Hoc sic sit. Nam & Christus carnalem sensum dissi-
est. pulorum redarguit, qui putabant carnem eius

sicut aliam carnem diuidendā in partes, & mor-

ibus

L I B E R I I I I . 95

fibus lacerandam. Dicitur autem forma panis Matth. 16.
non qui sit, sed qui fuit, sicut dicebatur Simon *Præcedēs
Leprosus, nō quod talis existeret, sed quod talis sententia
extiterat.

¶ Quid etiam à mure comeditur, cum sa-
cramentum corroditur. hec est ve-
ra, quia ac
cidentia

CAPVT. XI.

Sil vero quæratur quid à mure comeditur, cū quæ manēt
Sacramentum corroditur, vel quid incineratur in eucha-
stia, cum sacramentum crematur. Responderetur ne subie-
quod sicut miraculose substantia panis conuersa ēto, habet
titur, cum corpus dominicum incipit esse sub sa virtute di-
cramento, sic quodammodo miraculose reuerti uina esse
tur, cum ipsum ibi definit esse, non quod illa p^a indiuidua
nis substantia reuertatur quæ transiuit in carnē le q^dp^a prius
sed quod eius loco alius miraculose creatus, * & ideo quā
guanuī huius accidentia sine subiecto possunt diu manēt
sic corrodī, sicut edī. Hic obstante miraculo, fal species illę
so trahitur argumentum à coniugatis vel coniū quæ admo-
dis, sicut alibi trahitur falso à contrarijs. Est enī dū manē-
hic color & sapor, quantitas & qualitas, cum ni rent in sub-
hil alterutro sit coloratum aut sapidum, quan- iecto suo,
tum aut quale. Miraculum quippe vincit natura est subillis
ram, & legi detrahit dispensatio. Sane in natura verū Chri
Dei est trinitas personarum, videlicet pater & corpus, &
filius & spiritus sanctus. In hypostasi filij est sub verus san-
ctiarū trinitas, videlicet deitas, corpus, & canis. D.
ma. In sacramento corporis est trinitas specierū Th. 3. p. q.
videlicet panis, vinū, & aqua. In natura Dei nec 77. ar. 1. ad
est accidens in substantia, nec substantia sub acci. 3. & art. 4.
dente. In hypostasi filij est accidens in substanciā. Triplex
trinitas, & substantia sub accidente. In sacramento trinitas.
corpo

INNOCENTII. PP.

corporis accidens non est in substantia, sed substantia consistit sub accidente.

¶ Quale corpus Christus dedit in cena.

CAPVT. XII.

Dicitur. Quare si loquitur quale corpus suum Christus dedit in cena, mortale, an immortale, passibile an impassibile, accetera que ad hanc

Vitande pertinent quæstionem. Ego diuina sacramenta sunt quæ magis veneranda quam discutienda profiteor, fiones cu simplicitati fidei ratus sufficere. Si dicatur quod riosæ.

tale dedit quale voluit, & rursus, quale dederit ipse nouit. Fuerunt tamen qui dicerent, quod si cut idem veraciter ipse erat qui dabant & qui dabat, ita in eo quod dabant erat passibilis & mortalibus, & in eo quod dabatur erat immortalis & impassibilis, sicut visibiliter gestabat, & inuisibiliter gestabatur, inuisibiliter inquam quantum ad formam corporis, non quantum ad speciem sacramenti. Nam in eo quod gestabat, quod erat hoc apparebat, in eo vero quod gestabatur quod erat ipse non videbatur, quia forma panis & vini velabat formam carnis & sanguinis. Hic

I. Reg. 21. est ille verus David, qui coram Achis rege Geth suis manibus ferebatur. Quoniam ergo immortalis dabatur, incorruptibiliter edebatur. His profecto concedunt, posito quod pars aliqua sacramenti per triduum mortis Christi reseruata fuisset, id est corpus simul & iacebat mortuum in sepulchro, & manebat viuum sub sacramento. In arae crucis patiebatur, & sub forma panis non laedebatur. Sed quoniā incredibile iudicatur, ut secundum eadē naturā simul esset mortalis &

immor-

LIBER. III.

86

immortalis (quod tamen congruebat ei secundum eandem personam.) Fuerunt alij qui dixerunt, quod Christus mortalis utique fuit, sed voluntate non necessitate. In eo quippe quod immortale fuit non munis erat ab omni culpa, liber erat ab omni necessitate pena, ut nihil mortis debaret, pro eo quod peccatum, sed voluntabiliter haberet, sustinuit tamen sponte mortali luctatione, quia morte sustinere volebat: quia si mortalitate non suscepisset, omnino mori non potuisset. Ut ergo probaret quod mortalis erat, non necessitate voluntate, quando voluit mortalitatem depositum, & immortalitatem recepit. Legitur enim in Euangelio, quod cum Iudei duxissent Luc. 4. Iesum vique ad superciliū montis, ut eum precipitarent, ipse transiens per medium illorum ibat. Cum esset ducentus, teneri se sicut passibilem tolerabat, sed cum esset precipitandus, sicut impassibilis per medium illorum transitbat. Quatuor enim sunt glorificati corporis Quatuor propriæ qualitates, videlicet claritas, subtilitas, agilitas, & impassibilitas. De quibus legitur glorificari corporis: Fulgebunt iusti & tanquam scintillæ in artus poros. dineto discurrent, & absterget Deus omnem Sap. 3. lacrymam ab oculis sanctorum, & iam non Apocal. 7. erit amplius neque luctus neque clamor, &c. &c. 21. Hinc etiam dominus, inquit, in Euangelio: Mensuram bonam & confertam & coagitatam Luc. 6. & supereffluente reddent in sinum vestrum. Singulas sibi Christus singulatim accepit an. Hęc est sensus quoniam resurgens a mortuis naturam glorificat tertia Vgo tio corporis induisset. Subtilitatem cum nasceretur. Vi reture virgine. Claritatem, cum transfigurata esset, quā re

retur

fellit D. retur in monte. Agilitatem, cū incederet super Th. 3. p. q. mare. Impassibilitatem, cum manducaretur in 81. art. 3. & cena. Sicut enim signum passibil tatis exhibuit sequit̄ po: in corpore immortali, cum post resurrectionē stremā sen ostendit manus & latus, sic in corpore mortali tentiā hu: signum impassibilitatis ostendit, cum carnē, & ius. c. sanguinem ante passionem exhibuit. Potest tamē salua fide cōcedi, quod tale dedit, quale tūc Quale cor habuit, mortale, videlicet passibile. Non quod pus Ch̄fus posset pati in sacramento, sed quod sub sacramē Apostolis to poterat pati. Nunc autem sumitur à nobis im dedit. mortale & impassibile. Nec tamen maiorem habet nec efficaciam, sicut nec maiorem potentiam. Quod ergo passibiliis cedebatur, & tamen non lædebatur, non erat humanæ naturæ, sed diuinæ potentiae, qua valebat quicquid omnino volebat.

¶ Vtrum Iudas accepit Eucharistiam.

C A P V T . X I I .

Quod Iu: Edit discipulis suis. Dabitari solet, vtrum Iudas cum alijs acceperie Eucharistia. Iudas affue: cas enim ostendit Iudā interfuisse cum alijs, qui ritin cœna statim post calicem traditorem commemorat, Luc. 22. dicens: Hic est calix noui Testamenti in sanguine meo, qui pro vobis effundetur, Veruntamen ecce manus tradentis me mecum est in mensa. Quorū autem interfuerunt, Eucharistiā accepunt, Marco attestante, qui ait: Et biberunt ex illo omnes. Iuxta quod Christus ipse præcerat Matth. 26. perat, teste Matthæo, Bibite ex hoc omnes. Ecō Quod Iu: tra Iudam non interfuisse probatur. Nam secundas non ad dum Matthæum statim dixit Iesu: bibentibus calicem;

talicem: Non bibam amodo de hoc genimine fuerit in vītis: vñq; in diem illum, cum illud bibam vobis cœna. scum nouum in regno patris mei. Iudas ergo nō Matth. 26. aderat, qui cum eo non erat bibiturus in regno. Bibentium quoque nullum excipiens ait, pro vobis effundetur, sed aliorum multos exceptit, cum inquit, pro multis effundetur in remissione peccatorum. Vnde cum secundum Ioannē Christus dixisset Apostolis. Beati eritis si feceris ea, statim exceptit, non de omnibus dico, ego scio quos elegerim. Et iterum: Vos mundi effitis, sed nomen omnes. Quid ergo est nobis in hoc Determinas casutendum? Illud fortè sine præiudicio alio: natio qd Iu rum, quod Ioannes insinuat, quia cum Iudas ac das non acceptisset buccellam panis, exiuit continuo, erat ceperit cor enim nox. * Christus autem post alios cibos trahit dedit Eucharistiam, Luca testante qui dicit: Si: * Hac sensimiliter & calicem postquam cœnauit. Patet et tertiā sequi go quod Iudas prius exiit quād Christus tradidit Hilar. ret Eucharistiam. Quod autem Lucas post calum in Matt. & cem commemorat traditorem, per recapitula: cōstitut. actionem potest intelligi. Quia sepe fit in sacra post. lib. 5. scriptura, vt quod prius factum fuerat posterius c. 16. sed postenarretur: sicut Matthæus cōmemorat, biduo tiore est sen ante pascha alabastrū vnguenti, quod secundum tentia quæ Ioannem ante sex dies paschæ mulier effudit in sequitur domo Simonis Leprosi. Concessio autem quod Matth. 26. Iudas acceperit Eucharistiam, quod expositorū Ioan. 11. pleriq: concedunt, quarendum est, qua ratione Cyp. in ser medicus salutaris medicinā dabat ægrotō, quā in o. d. ped. ei sciebat esse mortiferam? Sciebat enim, quod ablu. Aug. qui manducat indigne, iudiciū sibi manducat. epi. 163. &

Psal. io. &c An ut suo doceret exemplo, quod sacerdos non tract. 6. in debet illi communionem negare, cuius crimen Ioā. Chrys: etsi sibi sit notum, non tamen ecclesiæ manifest. de f. stum, ne forte nō sit corrector sed proditor. Vn latrone D. de cautum reperitur in Canone, Nō prohibeat Th. 3. p. q. dispensator domini pingues terræ mensam dominum manducare. Sed moneat exactorem times Exemplū re. Sit ita, si * mihi quod est melius valeat respō sacerdotiā deri. Porro cum minus malum sit reddi suspes Christoda tum de criminē, quām committere crimen. Et tum. de duobus malis, si alterum vrget, minus sit eligi. lego * nisi gendum, cur dicitur sacerdos non neget eū charistiam criminoso, quatenus minus malum bil.

Questio.

Psal. 113.

Responsio

incurrat, vt maius evitetur, id est, vt reddatur suspeſtus ne manducet indignè? Sanē cum nemo debeat vnū mortale committere, ne proximus aliud mortale cōmittat, eligendum est potius sacerdoti nō prodere peccatorē: vt ille nō peccet, sed ille potius debet eligere, vt abstinentia reddatur suspeſtus, quām communicando manducet indignè. Si verò quaratur vtrū Christus ad bonum an ad malū eucharistiæ iude tradiderit. Et qui lē nō videtur ad bonum dedit, ne sua frumenta datus sit intētione. Qui teste propheta fecit vniuersa quæ voluit, Iudas enim nō ad bonum, sed ad malum accepit, sed nec ad malum deditur. Quia Christus non est autor malorum,

ad vltor. Responderi verissimè potest, quod si propositio intentionem denotet vel effectum, cum dicitur, dedit ad malū, falsa est propositio. Si autem consecutionem insinuat vel effectum, vera est. Quia verò Christus buccellā intincta

Iude

Iude porrexit. Vnde constitutum est ab ecclésia vt Eucharistia non detur intincta. Constitutum Ne detur est nihilominus & pro hæresi extirpanda, quæ eucharistia dogmatizauit Christum sub neutra f. ecie to: stia intinctum existere, sed sub vtraque simul existere tota. Nec debet intelligi, quod sub buccella panis intincta Christus Eucharistiā dederit tradi tori, sed per buccellam intinctam atque porrestatam, suum denique traditorem expresit, for tassis per panis intinctionem illius significans fictionem.

¶ De duobus modis Eucharistiā comedendi.

CAPVT. XI III.

* D.Th. 3. p. q. 80. ar. 1. 2. 3. Con-

Accipite & * manducate. Non est intelligendus Trinitas. Adum, quod sumptum corpus de manu Domini discipuli ministrarent, sed qui conse mini sibi discipuli ministravit, ac si diceret: Come: p. q. 78. ar. dite, iterūq; comedite, vtranque huius sacramē 1. ad. 2. ti comeditionem insinuans. Dupliciter enim corpus Duplex Christi comeditur, quia dupliciter intelligi corpus tur. Verum, quod de virginē traxit & in cruce Christi, vegetata. De vero corpore Dominus cum. ait: Hoc est corpus meum quod pro vobis tradē Lucæ. 12. tur. De mystico dicit Apostolus: Vnus panis & 1. Cor. 10. vnum corpus multi sumus. Verū corpus Christi comeditur sacramentaliter, id est, sub specie. Mysticū autē comeditur spiritualiter, id est, in fide, sub specie panis, in fide cordis. De comeditione sacramentali dominus ait: Accipite & comedite, hoc est corpus meū quod pro vobis tradet,

O 2 hoc

hoc facite in meam commemorationem. Hoc modo tamboni quām mali corpus Christi man ducant. Sed soli boni comedunt ad salutem, ma li verò comedunt ad iudicium. Nisi enim mali corpus Christi comedenter, non dixisset Apo stolus: Qui manducat indignè, iudicium sibi mā ducat & bibit, non dijudicans corpus domini. Nam & Iuda straditur cum alijs eucharistiā ac spiritualis cepisse. De spirituali comeditione dominus ait: manduca: *Nisi māducaueritis carnem filij hominis, & bibtio beritis eius sanguinem, non habebitis vitam in *D. Th. 3. vobis. Hoc modo corpus Christi soli boni come p. q. 80. art. dunt. Vnde, Qui manducat carnem meam & 9. ad. 3. bibt sanguinem meum, in me manet & ego in 1. Ioan. 4. eo. Nam qui manet in charitate, in Deo manet August. de & Deus in eo. Ut quid paras dētem & ventrem? cō. dist. 1. c. crede & manducasti. Qui credit in Deum, co vt quid. medit ipsum, quoniam incorporatur Christo per fidem, id est, membrum eius efficitur, vel in vnitate corporis eius firmius solidatur. Alibi quod manducatur incorporatur: & qui manducat, incorporat. Hic autem quod māducatur in corporat, & qui manducat incorporatur. Vtrūque modum Christus edendi insinuat, vbi dicit: Spiritus est qui vivificat, caro non prodest quicquam. Quia caro Christi nisi spiritualiter comedatur, non ad salutem, sed ad iudicium manducatur.

* Quid fiat de corpore Christi, post quam fuerit sumptum & comedum.

C A P V T. X V.

Fortassis.

Fortassis cogitatio adhuc pulsat animum, quārēns quid fiat de corpore Christi, post quam sumptum fuerit & comedum? Tales sunt cogitationes mortaliū, vt vix quiescere ve lint in his maximē quārēnda non sunt. Audi consilium Sapientis: Altiora te ne quāsieris, Eccl. 3. & fortiora te ne scruteris, sed quē praecepit De' illa tu semper cogita, & in pluribus operibus eiusne fueris curiosus. Si verò præsentia queritur corporalis, in cœlo queritur, vbi Christus est in dextera Dei sedens. Ad tempus tamē præsentiam exhibuit corporalem, vt ad spiritualēm præsentiam inuitaret. Cum sacramentum tene* D. Th. 3. tur, comeditur & gustatur, Christus corporalē p. q. 77. art. tet adest in visu, in tactu, & in sapore, quandiu 4. corporalis sensus afficitur, corporalē præsentia non aufertur. Postquam in percipiendo sensus deficit corporalis, deinceps non est quārēnda corporalis præsentia; sed spiritualis est retinen da dispensatione completa. Christus de ore trā: Christus fit ad cor. Melius est enim vt procedat in mens spiritualis tem, quām vt descendat in ventrem. Cibus est est eucha: non carnis, sed animæ. Venit vt comedatur, nō ristia. vt consumatur: vt gustetur non vt incorpore tur. Ore comeditur, sed stomacho non digeris tur. Reficit animum, sed non effluit in secessum. Illud ergo sanē debet intelligi, quod Dominus ait: Omne quod in os intrat, in ventrem vadit, Matth. 15. & in secessum emittitur. Cum constet illud fuisse dictum non de spiritualib[us], sed de carnali, scilicet animali. O 3. Quod

¶ Quòd si secessus aut vomitus post solam
Eucharistiae perceptionem eueniat.

C A P V T . X V I .

Quod si forte secessus vel fluxus aut vomitus post solam Eucharistie perceptionem euerterit, ex accidentibus & humoribus generatur. Cum interdum humores absque cuiuslibet cibi materiali effluant in secessum, vel emittantur ad vomitum. Cum ergo post dispensationis officium aliquid iterato sentitur * In hoc se videtur quoque species ad proprietatem famulatur, ut particula veritas in similitudinibus ubique seruetur. Nam in quo quædam formæ similitudo deficeret, in eo sacramentum non esset ita superbet, sed ibi se proderet, & fidei locum auferret: plenda. Non neque iam crederetur quod ita fieri non oportet ad corpora. Itaque quantum ad nos seruat per omnia corporis aut sanctorum ruptibilis cibi similitudinem, sed quantum ad guinis veris, non amittit in uiolabilis corporis veritatem, sed ad Species quandoque correditur vel maculatur, sed specierum veritas nunquam corruptitur aut coquinatur. corruptibili. Si quando tale quid videris, noli timere sibi, sed littatem res est: sollicitus tibi ne tu male lèdaris si male eres fertur. dederis. Si vero quereratur utrum Christus localiter *D. Th. 3. ter descendat de cœlo, vel ascendat in cœlum, cum p. q. 75. art. exhibet aut subtrahit presentiam corporalem, an i. ad. 3. aliter incipiat vel definat esse sub specie sacra.

Quæstio: menti. Respondeo non oportere nos in talibus nesciis curiosos existere, ne plus quam possumus præsumere deuitam manum, & non comprehendamus. Salubre consilium dæ sunt. dedit Apostolus. Non plus sapere quam oportet Roma, 18. sapere, sed sapere ad sobrietatem. Ego nescio quomodo Christus accedit, sed & quomodo recessit

dit ignoro, nouit ille qui nihil ignorat,

¶ Quando fiat transubstantiatio.

C A P V T . X V I I .

*D. Th. 3.

p. q. 75. art. 7

Hoc est corpus meum. Si ad prolationem istorum verborum, hoc est corpus meum, panis mutatur in corpus. Et ad prolationem istorum verborum, hic est sanguis meus, vinum mutatur in sanguinem. Cum prius proferantur ista verba quam illa, prius ergo mutatur panis in corpus, quam vinum in sanguinem. Nunquid igitur corpus est sine sanguine, vel sanguis sine corpore? Propterea dicitur à quibusdam, quod cum totum est dictum, totum est factum, nolentes vel non valentes ipsius conversionis determinare momenum. Alij dicunt & bene, quod Naturalis licet ad prolationem praecedentium panis à na cocomitata mutetur in corpus, & ad prolationem sequentia. tum vinum præterea mutetur in sanguinem, nū *D. Th. 3. quam tamen corpus est sine sanguine, vel sanguis sine corpore, sicut neutru est sine anima sed sub forma panis sanguis existit in corpore, per mutationem panis in corpus. Et econuerso. Non quod panis in sanguinem, vel vinum mutetur in corpus, sed quia neutrum potest existere sine reliquo. Est ergo sanguis sub speciebus panis, non ex vi sacramenti, sed ex naturali concomitancia secundum fratrem Aegidium. Sed queritur, quid demonstrauerit Christus cum dixit: Hoc Quid dico est corpus meum? non panem, quia de pane non satiat. Hoc erat verum, quod corpus eius existeret; nec corpus, quia nondum illa verba protulerat, ad quorum p. q. 78. art. prolationem panem mutauit in corpus, quid ergo? 2. & 5.

O 4 Simili-

Similis obiectio, sit à logicis, cù dicitur. Hoc vi-
uum est mortuū, posito quòd in prolatione sub-
iecti sit viuū, & in prolatione prædicati sit mor-
tuum. Sed quantum distat ortus ab occasu, tan-

* Côtariū tum refert inter miraculum & naturam. Ab hu-
definit D. ius ergo questionis laqueo facile se absoluit, *
Tho. q. ci: qui dicit, quòd Christus tunc confecit cum be-
tata proxi nedixit. Nā si opponatur de sacerdote quis tūc
mēar. I. consecrat cum illa verba pronunciat. Respōde-
tur, quòd sacerdos nihil demonstrat, cum illis
verbis non vtatur enuntiatiuē, sed recitatiuē.
Quemadmodum & Christus ait: Ego sum vītis
vēra. Ego sum lux mūdi, & innumera talia. Sed
rursus quæritur, quid demonstrauit cum dixit:

Manduca: Manducate ex hoc omnes? Licit in nullo qua-
te ex hoc tuor euangelistarum hoc legatur de corpore,
omnes. sed tan·um de sanguine, bibite ex hoc omnes.
Cum enim iam panem fregisset, si demonstra-
bat aliquid fragmentorum, illud non debebant
omnes comedere, cù singulis singula distribue-
ret. Si demōstrabat corpus, non poterat ex isto,
sed illud comedere, quia corpus Christi non mā
ducatur per partes, sed integrum. Sanē secundū

De septem regulam Ticonij debet intelligi, qua frequēter
regulis Ti in sacra scriptura videtur agi devno, sed agitur
conij vide de diuersis, vt est illud: Bñdixit, fregit & dedit:
B. Aug. de benedicti pane, formā fregit, & dedit corpus;
dōctrina. Eodem modo cù dixit: Manducate ex hoc oēs;
christia, li: pronomen ostendit integrum corpus, & præpo-
br. 3. circa sitio inuiti formā diuisam, vt iste sit sensus: Co-
finem. medite hoc corpus integrum sub forma diuisa.

Nam sola forma per partes diuiditur, & totum
corpus

corpus integrum manducatur. Simili modo po-
test intelligi, quod subiūxit, hoc est corpus meū
id est, illud quod præbeo sub hac forma.

De forma verborum. C A P. X V I I I.

Væritur etiam, vtrum additio vel subtra: Varię que-
tio, transpositio vel mutatio, si forte fiat stiones de
in illa forma verborū quam Christus forma ver-
expressit, effectum consecrationis impedit an borum.
non: vt si dicatur addendo, hoc est corpus meū, * D. Tho.
quod assumpsi de virginē, vel subtrahendo, hoc 3. p. q. 78.
est corpus, vel transponendo, corpus meū hoc arti. 1. & 3.
est, vel interponendo, hoc est vti corpus meum, ad argu-
sue mutādo, hoc est corpus Iesu. Sanē fecit De⁹ menta.
hominē rectum, sed ipse se infinitis miscuit quæ Eccles. 7.
stionibus. His itaq; prætermisis, que quandoq;
subuertunt animum, magis quam edificant. Il. Nō est mu-
lud pro certo sciatur, quod grauiiter peccat, qui tanda ver-
quodlibet horū quomodo libet attentauerit, ma borum for-
ximē si formā interfidat mutare, vel hæresim ma.
introducere, quia forma verborum quam Chri * D. Th. 3.
stus expressit, per omnia illibata debet seruari, p. q. 60. ar.
quanuis secundum philosophū nomina & vers. 8.ad. 3..
ba transposita idem significant. Nec vtile per in-
utile vitietur.

Vtrum panis transubstantietur in Christū. * D. Tho.
C A P V T. X I X. 3.par.q.75.

Porrō cum panis transubstantietur in cors ar. 4. cōci.
Pus rationale & vtiq; spiritu animatum, vis Tridenti.
detur quòd panis transubstantietur in hominē, ses. 13. c. 4.
& par i ratione in Christū transubstantietur,
& ita in creatorem. Sic ergo creatura quotidie
fit creator. Quidam voluerunt a struere q; panis
trans-

Ioan. 6. transubstantiatur in Christum, non tamen in creatorem, quia Christus dicitur secundum naturam humanam, secundum quam panis transubstantiatur in ipsum. Nam sicut dicitur Christus manducari, quia corpus eius comeditur, ita panis credēdus est in ipsum mutari, quoniam in corpus eius conuertitur. Ego sum (inquit) panis viuus, qui de cœlo descendit, & panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita. Christus igitur seipsum & carnem suā nomine panis appellat, ut ostendat ex hoc, q̄ panis sicut verē mutatur in carnem ipsius, ita verē mutatur in ipsum. Ego tamē sicut in alijs, ita pariter in hoc diuina sacramenta magis venerāda q̄ discutiēdā profiteor. Scriptū est enim: Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctū aqua, sed assūm igni. Et si secundum vim inferentiae non sequatur. Quōd si panis transubstantiatur in corpus humanum, ideo panis transubstātietur in hominem, quia non homo sed hominis pars est corpus.

De modo transubstantiationis.

C A P V T . X X .

Quāritur autem, Vtrum ante consecratio nem sit concedendum, panis erit corpus Christi, vel post consecrationem id quod panis fuit, est corpus Christi. Quid inde videtur, quoniam qui sacerdos fit, erit sacerdos; & qui sacerdos est factus, sacerdos est. Similiter quod corpus fit, erit corpus, & quod corpus est factum, est corpus. Quis enim dixerit, quod hoc sit illud, si nunquā hoc erit illud? Tradit etiam Augustinus, ante consecrationē panem esse &

vinum

vinum quod natura formauit, post consecratio nem verō carnem, & sanguinem, quod benedictio consecrauit. Et Ambrosius in hæc verba, De consecratione, quod erat panis ante consecrationem, iam est distinctio. c. corpus Christi post consecrationē. Nam etsi pa: Nos autē nis nec erit corpus Christi, nec aliud, panis ibi &c. Panis nihil erit, & ita panis annihilatur, ergo nec fit est. corpus Christi, nec aliud. Si verō dicatur, q̄ pa: Argutie niserit corpus Christi, statim infertur, aliud fo: nimis sub re corpus Christi, quod nec fuit natum, nec pastiles. sum, nec mortuum, nec sepultum, demonstratis quoque diuersis panibus, oportebit concedi, q̄ hoc etiam illud erit idem, & non est idem, hoc igitur fiet illud, rursus si hoc erit panis, & nō est corpus Iesu, quod est penitus impossibile. Præterea si id quod fuit panis, est corpus Christi, perfecto corpus Christi est illud quod fuit: panis ergo corpus Christi vel fuit, vel est panis. Diuersa & innumerabilia talia possent inferri, quæ penitus à veritate discordant. Propter hæc & alia quæ Simplex circa præsentem articulum subtiliter magis q̄ responsio, viliter possent inquiri, non defunt qui dicunt, quod ea ratione dicitur panis mutari, vel converti, seu transubstantiari, siue transire in corpus Christi, q̄ corpus Christi sub eisdē accidentiis loco panis incipit esse, sicut dicitur à Grāmaticis, q̄ a mutatur in eum à præsenti formatur præteritū, ago egi, quia loco huius literæ a ponitur hæc litera e. Quidā autē exprestè dixerūt, q̄ ipsa panis esset iāverē mutatur in corporis Christi substātiā, nec redigitur panis in nihilum, quia desinit esse quod fuit, sed mutatur in aliud, quoniam

quoniam incipit esse quod non fuit. Sic autem ipsa conuersio non sit secundum vniōnēm, sed secundum transitionēm, quia nequaquam essētia essētiae accedit in augmētū, vt per id quod accedit id ad quod accedit, maius aliqūd fiat, sed id quod accedit, sit vnum cum eo ad quod accedit, nec corpus accipit esse panis. Sed panis accipit esse corporis, quia panis transit in corpus, non corpus in panem. Cum ergo concluditur, quoniam aliud erit corpus Christi, quod nec fuit natūm, nec passūm. Si relatio fiat ad prædicatū, Subtilis dī est falsūm. Si verò ad subiectūm, est verūm, sed sceptatio. inde nō* prouenit. Ergo corpus Christi nec fuit alias *pro: natūm, nec passūm, sicut non sequitur, aliud cedit. est pater quod nec genuit, nec spirauit, ergo nec pater genuit, nec spirauit. Quod autem infertur hoc & illud erūt idem, & non sunt idem, hoc igitur fiet illud, non prouenit, sed ita rectius inferatur, hoc ergo fiet aliud quod illud erit. Sicut pater & filius sunt idem, non tamen pater est filius, sed id quod est filius. Licet autem hoc erit illud, nunquam tamen erit verūm hoc esse illud, quoniam hoc desinat esse hoc, & incipiet esse illud. Sicut sanum erit ægrum, nunquam tamē erit verūm, sanum esse ægrum: quia sanum desinat esse sanum, & incipiet esse ægrum. Quāuis etiā id quod fuit panis sit cōrpus Christi, non tamen corpus Christi est aliud quod fuit panis, quoniam id quod fuit panis, est aliud omnino quām fuit, sed corpus Christi est omnino idē quod fuit. Sicut iniquum quod fuit Saulus, est Paulus, non tamen Paulus est iniquū, quod fuit

Saulus.

Saulus. Quod enim secundum naturam continet in accidentibus, hoc secundum miraculum accidit in naturis. Est autem duplex conuersio, Duplex substantialis videlicet & formalis. Nam sicut ali conuersio quando forma conuertitur sine substantia, sic substantia interdum substantia conuertitur sine forma, nō lis & formunquam vtraque cum altera. Substantia verò malis. quandoq; conuertitur in id, quod fit, & nō erat, vt virga in colubrum, & tunc forma cōuertitur Exod. 47. cum substantia. Quando conuertitur in id quod erat & non fit, vt panis in Eucharistiam, & tunc substantia cōuertitur sine forma. Sed desinamus Psalm. 63. scrutare scrutinium, quoniam perscrutator ma: Prou. 25. iestatis opprimetur à gloria. Nā accedit homo ad cor altum & exaltabitur Deus. Sicut ineffabilis est illa vniō qua Deus fatus est homo. Sic ineffabilis est illa conuersio qua panis fit caro. Nō tamen ita panis dicendus est incarnari, quia panis fit caro. Sicut verbum dicitur incarnatum, quia verbum factum est caro. Nam verbum ma: Non incar nens, quod ita erat factum est caro, quod carnē natura pa: assumpit non transiuit in carnem, sed panis de: nis. sinens quod erat, ita fit caro, quod trāsijt in car: nem, non assumit carnem.

Simili modo postea quam cō: natū est accipiens & hunc pre: clarum calicem in sanctas ac vene: rabiles manus suas. Item tibi gra:

tis agens Bene ✠ dixit: deditq; discipulis suis dicens. Accipite & bibite ex eo omnes.

HIC est enim calix sanguinis mei, noui & æterni testamenti mysteriū fidei: qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

Hæc quotienscūq; feceritis: in mei memoriam facietis.

*D. Tho. Cur Eucharistia sub duplice specie consecratur. C A P V T. X X I.
3. p. q. 74. art. 1.

Simili modo. Licit sub alterutra specie sumatur vtrumq; id est, corpus & sanguis, vtragi; tamen species consecratur, & neutra superfluit, vt ostendatur quod Christus humanam naturā totam assumpsit, vt totā redimeret. Panis enim refertur ad carnem, & vinum ad animam, quia vinum sanguinem operatur, in quo sedes est animæ. Moyses quippè testatur, quod caro pro corpore, sanguis autē offertur pro anima. Vnde legitur in Leuitico: Anima carnis in sanguine est, quocirca panis & vinum in sacrificio offeruntur, quod valet ad tuitionem carnis & animæ,

Leuit. 17.

ne

ne si sub alterutra specie tantum sumeretur, ad alterius tantum putaretur pertinere salutem. Et quanvis sub specie panis sanguis sumatur cum corpore, & sub specie vini corpus sumatur cum sanguine, tamen nec sanguis sub specie panis, nec corpus sub specie vini bibitur, & comeditur: quia sicut nec sanguis comeditur nec corpus bibitur, ita neutrū sub specie panis bibitur, aut sub specie vini comeditur. Etsi concessibile videatur, quod corpus bibendo, aut sanguis comedendo sumatur. Est ergo modus sumendi carnem & sanguinem, quo neutrum manducatur & bibitur.

Vtrum panis sine vino, vel vinum
sine pane valeat consecrari.

C A P V T. X X I I.

Sed quæritur, vtrum panis sine vino, vel vinum

sine pane, non dico debeat, sed valeat consecrari? Cum enim ad prolationē istorum verborū:

Hoc est corpus meū, panis mutetur in carnem, & ad prolationem istorū verborū: Hic est sanguis meus, vinum mutetur in sanguinem. Si

post prolationem istorū, & ante prolationē illarum, impedimentū accidat sacerdoti, quo minus procedere valeat, videtur ergo quod panis tunc ad. 1.

fit mutatus in carnē, vino in sanguinē nō mutato. Quid ergo iudicabitur in hoc articulo faciendum?

an aliud sacerdos totum repetet à principio, & sic super panem iterabitur consecratio? an ab eo tantū loco incipiet, in quo sacerdos ille dimisit, & sic diuideretur mysterium vnitatis? De

hoc ita statutū legi in Cœcilio Toletano. Césui Vide Con-

*D. Tho.
3. p. q. 74.
art. 1, ad. 1.

mus

ci. Tole. se mus conuenire, vt cum à sacerdotibus missarum
ptimū.c.2. tempore sacra mysteria consecrantur, si ægritu
dinis cuiuslibet accidat euëtus, quo cœptum ne-
queat consecrationis explere mysterium, sit lis-
berum Episcopo vel presbytero alteri, consecra-
tionem exequi cœpti officij, vt præcedentibus,
libenter alij pro complemento succedant. Po-
rò cum inter Theologos de tempore consecre-
tionis sit diuersa sententia, quibusdam dicenti-
bus, quod cum totum est dictum, totum est fa-
ctum: alijs autem dicentibus, qđ panis ante muta-
tur in corpus, & postea vinum mutatur in san-
guinem. Pleriq; tutius procedentes affirmant,
qđ alius sacerdos cōsecrationem repeteret debet

D e conse. atq; perficere. Quoniam (vt tradit autoritas) nō
distin. 4.c. dicitur iteratum, quod nescitur ante esse factū.
Cū itaq; Verum ne vlla fiat iteratio, vel diuisio sacramē-
ti, nec aliquis scripulus erroris, vel dubitationis
remaneat, consultius & tutius iudicatur, vt illa
talis oblatio studiosissimè recondatur, & super
aliam totum officium celebretur.

Quæritur, vtrum necessitate cogente, vel ca-
su intercedente, sola panis materia pos-
sit in Eucharistiam consecrari.

C A P . X X I I .

ET si vinum inueniri nō posset, vel aliquo ca-
su defuerit, quæritur, vtrum necessitate co-
gente vel casu intercedente, sola panis materia
possit in Eucharistiam consecrari, sicut sub sola
* D.Th.q. panis specie debet Eucharistia referuari? Sunt fa-
74. ar.1.ad né qui dicunt, quod cum verbum & elementum
2. efficiant sacramentum, nec forma verborū nec
materia

materia rerum, quam Christus expressit, muta-
ri potest sive dimidiari. Quia sicut vinū sine pa-
ne, sic panis sine vino minimè consecratur, cum
vtrunq; sit de substantia sacramenti: vnde sive
aqua pro vino mittatur in calicē, sive hordeum
pro frumento formetur in panē. Sicut neutrum
per se, sic neutrum cum alio transubstantiatur
in carnem, aut mutatur in sanguinem. Nam si
panis sine vino, vel vinum sine pane mutari pos-
set in carnem aut in sanguinem. In his regioni-
bus, in quibus alterutrum inueniri non potest, li-
cet posset alterum sine altero cōsecreari. Minus
enim ignorantia quam necessitas, vel negligen-
tia quam difficultas excusat. Alij verò dicunt, qđ
cum Christus prius cōuertit panem in carnem,
& postea vinum mutauit in sanguinem, sicut Euā
gelicæ lectionis textus ostendit, & sine vino pa-
nem, & sine pane vinum consecrari contingit.
Grauius tamen offendit, qui negligenter aut
ignoranter alterutram speciem prætermittit,
grauius qui scienter aut sponte, maximè si for-
man intendit mutare, vel hęresim introducere.

Cautela quando sacerdos post consecratio: * D.Th.
nem inuenit prætermissum vinum. 3.p.q. 83.

C A P V T . X X I I I . ar.6.ad.4.

QVid ergo faciēdum est sacerdoti, qui post
consecrationem vinum comperiat præter
misum? Dicunt aliqui quod vinum ap-
ponere debet, & super illud solūmodo consecra-
tionem repeteret. Alij, quod apposito vino pa-
nem consecratū, sicut in die parœcœdebet im-
mittere, sicq; sumere sacrificium. Ego verò seim
P per

INNOCENTII. P.P.

LIBER. IIII.

96

per in dubijs quod tutius est, iudico præferendum.
* D. Tho. De diuersis sacerdotibus super eandem ho-
3.p.q.82.ar stiam celebrantibus.

C A P V T . X X V .

Questio. **C**VM autem interdum vni pontifici multis
cerdotes concelebrent, si fortè non omnes
simul consecratoria verba pronuntiant, Quæri-
tur, an ille solus conficiat, qui primus pronuntiat?
Quid ergo cæteri faciunt, an iterant sacra-
mentum? Poterit ergo contingere, q[uod] ille non con-
ficit qui celebat principaliter, & ille conficiet, qui
secundario celebrabit, & sic pia celebrantis in-
tentio defraudabitur? Sanè dici potest, & proba-

biliter respôderi, q[uod] siue prius, siue posterius pro-
ferant sacerdotes, referri debet eorum intentio
ad instans prolationis episcopi, cui principalis-
ter celebranti concelebrant, & tunc omnes simul
consecrant, & conficiunt. Quanquam nōnulli co-
sentiant, q[uod] qui prius pronuntiat, ille consecrat:
ne aliorum defraudatur intentio, quia factum
est quod intenditur. Consueuerunt autē presby-

Missa pateri Cardinales Romanum circumstare ponti-
palis. cem, & cum eo pariter celebrare. Cumq[ue] cōsum-
matum est sacrificium, de manu eius cōmuniō-
nem recipere, significantes Apostolos, qui cum
Domino pariter discumbentes sacram de mas-
nu eius eucharistiam acceperunt, & in eo quod
ipsi concelebrant, ostendunt apostolos tunc à
Domino ritum huius sacrificij didicisse.

* D. Tho. De hora institutionis. C A P . X X V I .
3.p.q.73.ar **P**ostquam cœnatum est. Quartadecima luna
ti.5. **P**rimi mensis ad vesperam Christus secun-
dum

dum legis typum pascha cum Apostolis celebra Exod. n.
uit, de quo cum dixisset, desyderio desyderauit Luc.22.
hoc pascha manducare vobiscum antequam pa-
tiar. Cur hoc dixerit, statim ostendit, vt scilicet
veteri Paschæ imponens finem, nouum Paschæ
substituerit sacramentum. Accipiens enim pa-
sem, benedixit ac fregit, deditq[ue] discipulis suis
dicens: Accipite & comedite, hoc est enim cor-
pus meum quod vobis tradetur. Similiter &
calicem, postquam cœnauit, dicens: Bibite ex
hoc omnes, hic est sanguis meus noui testa-
menti qui pro vobis & pro multis effundetur
in remissionem peccatorum. Hoc facite in
meam commemorationem. Hac ergo institu-
tione formati celebramus iugiter per myste-
rium, quod semel offerebatur in pretium. Nam
vbi veritas venit, figura cessauit, & signum est
sublatum de medio, cum iam non erat res ali-
qua quæ futura significantur, sed quæ pres-
sens perciperetur, mansit tamen figura, donec
fuit in veritate completum, quod in similitudi-
nem prius erat exhibut. Ob id etiam Chri-
stus corpus & sanguinem suum post cœnam de-
cœnâ Chri-
dit apostolis, vt hoc sacramentum vel ultimum stus insti-
testatoris mandatum arctius memoriae com-
mendarent. Vnde nouissimum condens haere-
dibus testamentum, Vos inquit, estis qui me-
cum permanistis in tentationibus meis, & ego
dispono vobis regnum, sicut pater mihi dispo-
suit, vt edatis & bibatis super mensam meam in
regnō meo. Patet ergo cum primam acceperūt
apostoli eucharistiam, nō eos accepisse ieiunos.

P. 2 Non

Nunc à i.e: Non idèo tamen est calumniandum ecclesię, q
iunis acci: à ieiunis semper accipitur. Placuit enim spiritui
piēdū est, sancto, vt in honorē tanti sacramenti prius in o:

Vide Au: Christiani dñicūm corpus intraret, sicut vbiq
gusti: in epi mos iste seruatur. Non enim quia post cibos Do
itola ad la minus dedit, idèo pransi vel cœnati debent illud
nuarium. accipere. Quemadmodum illi faciebant quos ar
i. Cor. ii. guit Apostolus, dicens: Conueniētibus vobis in
vnū, jam non est dominicā cœnam manducat:
re, vnuſquisq; sua n cœnā präsumit ad mandu:
candū, & alius quidē esurit, alius ebrius est. Sal:
uator ergo präscriptis ex causis post cœnam tra:
dedit eucharistiā, quo autem deinde ordine
su:mentem disponendum apostolis reseruauit.

Quòd corpus Christi totum est in pluribus
locis simul. CAP. XXVII.

ACcipiens hunc präclarum calicem. Conti:
nens metonymicē, ponitur pro contento.
Nam & vnuſ, & idem, & tunc, & nunc, & hic, &
alibi sacrificatur ab omnibus, totus in cœlo, &
totus in altari, simul & sedet ad dextram patris,

Vide Am: & manet sub specie sacramenti. Miraris q ver:
broſū dōbum Dei iuxta sacramenti virtutem totum ſi:
mysterijs mul in diuersis locis existit: & nō miraris q ver:
inici. c. 9. bum hominis iuxta vocis naturam totum est ſi:
mul in auribus diuersorum. Quid quæris natu:
ram in Christi corpore, cum präter naturam ſit
ipſe natus de virginē? Sic ergo Christus in diuer:
sis locis est vnuſ, ſicut in diuersis partibus totus.
Quòd autem vnuſ in calice consecrauerit, pa:
tet ex eo quod ipſe ſubiunxit: Non bibam am:
modo de hoc genimine vitis.

Quare

Quare sanguis Christi dicitur nouum teſta:
mentum. CAP. XXVIII. *D. Tho.

Hic est sanguis noui testamenti & æterni. 3. p. q. 78. ar
Vetus testamentum quod hircorum fuit ti. 3. ad. 3. &
& vitulorum sanguine dedicatum, promittrebat 4.
homini temporalia: nouum autē quidē fuit Chri:
ſti ſanguine confirmatum, promittit æterna. Et Nouum &
ideò testamētū illud fuit vetus & transitoriu, æternū te:
hoc autem nouum eſt & æternū, vel inde pro ſtamentū,
batur æternū, id eſt, perpetuum, vnde nouum
aſſerit, id eſt, vltimū. Nouissimū enim homi:
ni ſtamentum immobile perſeruerat, quia te:
ſtatoris firmitat morte, iuxta quod docet Apos:
tolus. Testamentum, inquit, in mortuis confir:
matum eſt, alioquin nondum valet, dum viuit
qui teſtatus eſt. Porrò ſtamentum dicitur non Hebr. 9.
ſolum ſcriptura, ſed & promiſſio, quemadmoſ Testamen:
tum dicit A poſtulus: Ideò noui teſtamenti me: tum & ſcri:
diator eſt, vt reprobmiſſionem accipient, qui vo: ptura & p:
cati ſunt, æternæ hæreditatis. Et ſecundum hūc miſſio dici:
modum dicitur: Hic eſt ſanguis meus noui & tur:
æterni teſtamenti, id eſt, confirmator nouæ &
æternæ promiſſionis. Sicut dominus ipſe pro:
mittit: Qui manducat carnem meam, & bibit Ioan. 6.
meum ſanguinē, habet vitam æternā. Vnde nec
primum testamētū (vt inquit A poſtulus) ſine Heb. 9.
ſanguine dedicatū eſt. Lepto enim vniuerso le: Exod. 14.
gis mādato, Moyses accipiē ſanguinē hircorū
& vitulorū, iſum quoq; librū & omné populū
asperfit dicens: Hic eſt ſanguis Teſtamenti, qđ
mandauit ad vos Deus. Ecce q̄ propriē Moyses
verba prädictit, quib⁹ Christus vſus eſt in cœna.

P 3 Vtrum

INNOCENTII. PP.

*D.Tho. Vtrum aqua cum vino conuertatur in san-
guinem. C A P. X X I X.

3° P. q. 74. art. 2. &c. Ed queritur, vtrum aqua cum vino conuer-
tatur in sanguinem? Si conuertitur, ergo sa-
cum Mar. Statur in sanguinem? Si conuertitur, ergo sa-
the, de ce: cramentum, sanguis est: simile populi, nam aquæ
Ieb. Missi. multæ sunt populi multi, & ob hoc aqua vino
miscentur, vt Christo populus adunetur. Nam de
Ioan. 19. latere Christi exiuit sanguis & aqua. Si non con-
uertitur, vbi post cœsecrationem existit? Et quos
modo separatur à vino, cui fuerat in vnum com-
mixta? Præterea non solum sanguinem bibit sa-
cerdos in hoc sacramento, si post consecratio-
nem aqua pura permanferit, post vñā ergo sum-
ptionem iterum eodem die communicare non
debet, ac si prius aquam bibisset. Nam id circò sa-
cerdos postquam perfudit, eodem die iterum
non sacrificat, quia vinum purum assumit. An
forte sicut vinum mutatur in sacramentum re-
demptionis, sic & aqua transit in sacramentum
ablutionis, quæ de latere Christi pariter effluxerunt.
alias* au- runt. Quis hoc* valeat diffinire?

dear. Vtrum Christus resurgens sanguinem re-
sumpsit quem effudit in cruce.

* D. Tho. C A P. X X X.

3° P. q. 54. art. 2. ad. 2. Jam & illud inquiratur, vtrum Christus resur-
gens à mortuis, sanguinem illum resumpst
quem effudit in cruce. Si enim capillus de capite
vestro non perit, quanto magis sanguis ille non
periret qui fuit de veritate naturæ?

De circuncisione præputij, & præ-
cisione umbilici.

C A P V T. X X X I,

Quid

LIBER. IIII.

98

Vid ergo de circuncisione præputij vel vñ: Præputiū
bilici præcisione dicetur? an in resurrectio Christi.

Q uæne Christi similiter rediit ad veritas-
tem humanae substantiae? Creditur enim in La-
teranensi basilica, scilicet in sancto sanctorum
conseruari. Licet à quibusdā dicatur, quod præ-
putium Christi fuit in Hierusalem delatum ab
angelo, Carolo Magno qui transtulit illud &
poluit Aquiligrani. Sed post à Carolo Caluo po-
situm est in ecclesia Saluatoris apud Carosum.
Melius est tamen Deo totum cōmittere, quæm
aliud temere diffinire. Illud omnino nephæ est Falsa opis
opinari, quod quidā dicere præsumperunt, vi: nio de a:
delicet aquā in phlegma conuerti. Nam & de la qua ex la-
tere Christinō aquā, sed humorem aquaticum, tere Chris-
tis est, phlegma mentiūtur exiuisse, nō attenden sli-
tes quod de latere Christi duo præcipua eccles-
iæ sacramenta fuxerunt, videlicet & sacramē-
tum redēptionis in sanguine, & sacramētum
regenerationis in aqua. Non enim baptizamur
in phlegmate, sed in aqua, iuxta sententiā evan-
gelij: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu Ioan. 3.
sancto, nō intrabit in regnum Dei. Quibusdam Recta opi-
verò non absurdum videtur, quod aqua cum vi: nio de a:
no transit in sanguinem ea videlicet ratione, qua in cali-
quod aqua per admixtionem transit in vinum, ce: sacrā
& vinum per consecrationem transit in sanguini: menti.
nem. Quis enim ambigat aquam in vinum tran-
sire, cum multo vino modicū infunditur aquæ?
Alioquin tota vini substantia propter guttam
aqua mutatur, vt quoddam fiat ex illis confus-
um, quod nec sit aqua nec vinum. Sic ergo tota
P 4 fontis

INNOCENTI. PP.

fontis vel fluminis aqua propter modicam vini stillam in confusionis specie mutaretur, nec passus ille posset in Eucharistiam consecrari, qui factus est de frumento, cui forte mixtum fuerat vnum granum hordei vel auenæ. Quid autem si plus apponatur aquæ quam vini, erit irritum sacramentum? Oportet quidem quod tantum vini ibi ponatur, quod aqua commixtum saporem vini retineat. Licet autem diligentius studio vinum optimum sit querendum, ut sacrificium offeratur, vitium tamen vini non matutat inediti sacramenti. Quocirca siue vinum nouum, quod dicitur mustum, siue vinum acidum, quod appellatur acetum, in sacrificium offeratur, sacramentum conficitur & diuinitus consecratur.

* D. Tho. De vino post consecrationem admixto.
q.77. ar.4.

C A P V T. X X X I I .

Si vero post calicis consecrationem aliud vnum mittatur in calicem, illud quidem non transit in sanguinem, nec sanguini commiscetur, sed accidentibus prioris vini commixtum corpori, quod sub eis latet, vndiq; circumfunditur, non madidans circumfusum. Ipsa tamen accidentia vnum appositum videtur efficere, quod inde coegeritur. Quia si aqua pura fuerit apposita, vini saporem afflumit. Contingit accidentia permutare subiectum, sicut subiectum contingit accidentia permuttere. Cedit quippe natura miraculo, & virtus supra consuetudinem operatur. Quidam autem voluerunt altruere quod sicut aqua pura per aquæ benedictæ contractum efficitur benedicta: Sic vinum per sacramenti contractum efficitur

conse-

LIBER. IIII.

99

consecratum, & transit in sanguinem, quorum assertio ratio minime suffragatur.* Queritur * D. Th.; autem, an irritum sit quod geritur, si forte præ p. q. 74. art. termittitur aqua. Cautum est enim in Canone, 7. quod non potest calix domini aqua sola esse, ne De conœ. que vinū solū, nisi vtrūq; misceatur. Et Cypria dist. 2. c. 1. 1. nus, Calix Dñi nō est aqua sola, neq; vinū solū, &c. 3. sicut neq; corpus dñi potest esse farina sola, nisi fuerit vtrūque adunatum, & panis vnius cōpage solidatum. Hoc quidam constanter affirman, dicentes, quod sicut aqua sine vino consecrari non potest, sic vinum sine aqua transubstantia rī non potest, quia de latere Christi simul vtrūque manauit. Alij verò concedunt, quod si quisquam non intendens heresim introducere, obliuione vel ignorantia prætermiserit aquam, ille quidem vehementer est corripiendus, & graui ter, non tamen fit irritum sacramentum. Quod ergo prædictum est, hoc est, verum vinum solū offerri non posse: determinari debet, quia recipit exceptionem, hoc modo, non potest nisi fiat simpliciter vel ignoranter, vel non potest, id est non debet: quia non dicitur posse fieri, quod de iure non fit. Nam & Græcorum ecclesia dicitur aquam non apponere sacramento. Ait enim Cyprinus. in prianus, si quis de antecessoribus vel ignorantia epi. lib. 2. c. velsimiliciter non obseruauerit, quod nos do: 3, minus exēplo facere vel magisterio docuit, potest simplicitati eius indulgentia dñi venia concedi, nobis verò non potest ignosci, qui nunc à domino instruisti sumus, vt calicem dominicum vino mixtum, secundum quod dominus obtus

P 5 lit,

INNOCENTII PP.

Ilf, offeramus. Hinc ergo colligitur, quod vinum aqua mixta Christus in cena discipulis tradidit.

*D. Th. 3.

p. q. 74. ar.
4. soluit
hanc. q.

¶ Vtrum fermentatum transubstantietur.

CAPVT. XXXIII.

Quartus autem, vtrum qui fermentatum sacrificat, sacramentum conficiat, praeferat si negligenter vel ignoranter hoc faciat? Superius enim sufficienter ostensum est, quod Christus azymum consecravit, cum sacramentum instituit, sed adhuc multi sacrificant de fermentato, quibus tanquam vere catholicis ecclesia Romana comunicat. Verum haec quaestio melius soluenda differtur, ut alias competetius soluatur.

¶ Quare sub alia specie sumitur
Eucharistia.

CAPVT. XXXIV.

*D. Th. 3.

p. q. 74. ar.

Tribus autem ex causis sacramentum corporis & sanguinis sui Christus sub alia specie sumendum instituit, scilicet ad augendum meritorum, ad souendum sensum, ad vitandum ridiculum. Ad augendum meritorum, quoniam aliud ibi cernitur, & aliud esse creditur, ut fides habeat meritorum, cui humana ratio non praebet experientium. Ad souendum sensum, ne abhorret animus, quod cerneret oculus. Quia non consuevit manus carnem crudam comedere, vel sanguinem humanum potare. Ad vitandum ridiculum, ne insultaret paganus, cum id ageret Christianus, & ut ita veritas adsit, & ridiculum desit. Ad hoc ergo Christus sub specie principalis edulij sumendum

LIBER. IIII.

100

dam proposuit Eucharistiam, ut sensus souetur in uno, & fides aedificaretur in altero. Fouetur enim sensus in uno, dum solita percipit, aedificatur fides in altero, dum in eo quod videt, quale sit illud quod non vider agnoscit. Proponitur autem species panis & vini, quatenus in sumptu corporis & sanguinis Christi doceatur esse perfecta refectio, plena quippe refectio cibus & potus est. Cibi autem & potus, & panis & vini est alias* principalis substantia.

¶ Quod sacramentum altaris simul
est veritas & figura.

CAPVT. XXXV.

Mysterium * fidei. Ex his alijsq; scripturæ *D. Th. 3. verbis, quidam munimentum erroris du p. q. 78. ar. cere putauerunt dicentes, in sacramento altaris 3. ad. 5. & 6 veritatem corporis & sanguinis Christi non esse. Error nesciunt imaginem tantum & speciem & figuram, pro gantum eo quod scriptura memoret aliquotiensid quod veritatem in altari suscipitur, esse sacramentum & mysterium in sacra rium & exemplum. Qui profectò laqueum erro mento. ris incurruunt, quia nec sacramenta Dei reuerenter suscipiunt, nec autoritates scripturaræ conuenienter intelligunt, nescientes scripturas ne que virtutem Dei. Quid enim, Nunquid ideo Reprobant sacramentum altaris veritas non est, quia figura est? ergo nec mors Christi veritas est, quia figura est. Et resurrectio Christi veritas non est, quia figura est. Nam & mortem & resurrectionem Christi figuram & imaginem & simili-

Roma.4. militudinem esse manifeste declarat Apostolus dicens: Chrys mortuus est pro delictis nostris & resurrexit propter iustificationem nostram. Et Proclus aplius. Chrys passus est pro nobis, vobis relinquens ex eiusplu, ut sequamini vestigia eius. Ergo mors Christi exemplum fuit, ut peccato moriamur, & resurrectionis eius exemplum fuit, ut iustitia vi uamus. Nunquid ideo veritas non fuit? ergo Christus verè mortuus non fuit, & vere non resurrexit? Si mors eius vel resurrectionis eius vera non fuit absit. Nam propheta de ipso praedixit. Verè lan guores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Altaris ergo sacramentum est, & veritas, & figura.

Esa.53. Alias* discrēta. De sacramento &c. re sacramenti: quo rum tria notantur* distincta

CAPVT. XXXVI.

Vide cap. Tria quippè in hoc sacramento sunt discreta: Cum Mar videlicet forma visibilis, veritas, & virtus thæ. Ex. de spiritualis. Forma panis & vini, veritas carnis & celebrat. sanguinis, virtus unitatis & charitas. Primum miss. oculo cernitur, secundum animo creditur, tertium corde percipitur. Primum est sacramentum & non res, secundum est sacramentum & res, tertium & non sacramentum. Sed primum est q.73. art. 1. sacramentum geminæ rei, tertium vero res gestes ad.3. mini sacramenti, secundum autem est sacramentum vnius, & res alterius. Non forma panis utrunque carnem Christi significat, id est, veram & mysticam. Sed veram carnem & continet & significat. Mysticam vero significat, sed non continet. Sicut unus panis ex multis granis conficitur, &

vnum

vnum vinum ex diuersis acinis confluit. Sic corpus Christi ex multis membris componitur. Et unitas ecclesiastica ex diuersis personis consistit. In praedestinatis, vocatis, iustificatis, & glorificatis, Nam quos praedestinavit, hos & vocauit, Roma.8. & quos vocauit, hos & iustificauit, & cæt. Propter quod dicit Apostolus: Unus panis & vnum i. Cori. 10. corpus multi sumus. In cuius rei typo facta est Exod. 15. Arca domini de lignis Cethim quæ sunt impubilibilia, & alba spinæ similitima. Vinum autem inquantum liquet, & rubet, similitudinem sanguinis significat. Inquantum caleret, & redolet, proprietatem charitatis significat & ostendit. Nam vinum & sanguinem operatur, & excitat charitatem, quia cor bibentis exhilarat & dilatatur. Petet ergo quod substantia corporis & sanguinis Christi est sacramentum & res, sed alterius sacramenti res, & alterius rei sacramentum. Etenim res primi, quia significatur & continetur à primo, videlicet à forma visibili. Et est sacramentum tertij, quia significat, & efficit tertium, videlicet unitatem ecclesiasticam. Illud ergo sanè debet intelligi quod dominus ait, pauperes semper habebitis vobiscum, me autem non semper habebitis. Ne videretur esse contrarium illo Chrysostomi, quod alibi dicit: Ecce ego vobiscum sum omni: nobiscum diebus usq; ad consummationem seculi. Christi bemus. Stum enim * habemus nobiscum, sub diuini spe Matth. 26. cie sacramenti, & non semper habemus nobiscum 28. addo * in propria forma personæ. Dicitur ergo myste: semper rium fidei, quoniam aliud ibi cernitur, & aliud Mysterium creditur. Cernitur species panis & vini, & credi fidei §.c.35 tur.

tur veritas carnis & sanguinis domini. Quod autem hic dici: ut mysterium fidei, alibi dicitur spiritus & vita. Spiritus enim est mysterium, secundum illud: Litera occidit, spiritus autem vivificat. Fides est vita, secundum illud. Iustus ex fide viuit. Hinc ergo dominus ait: Verba quae locutus sum vobis, spiritus & vita sunt.

¶ Quod species panis & vini duabus excavatis intelligitur sacramentum.

CAPVT. XXXVII.

Verum cum consecratio perficiat sacramentum, & post consecrationem non sit panis in altari aut vinum, quis panis est corporis, aut quod vinum est sanguinis sacramentum? Si dicatur quod panis qui fuit, vel vinum quod extitit, profecto nec ille est corporis, nec illud est sanguinis sacramentum, quia panis transiit in corpore & vinum transiit in sanguinem. Si vero dicatur, quod species quae remansit, illa quidem nec consistit ex granis nec confluit ex acinis, quoniam ex his non prouenit accidens, sed substantia. Quam ergo similitudinem assignabimus inter sacramentum rei, & rem sacramenti? Nam si sacramenta non haberent similitudinem rerum quarum sunt sacramenta, non dicerentur proprie sacramenta, sicut sacramentum baptismi, quod est ablutionis exterioris, similitudinem habet significati-

*D. Th. 3. quod est ablutionis interioris. Sanè sacramentum istud in hoc gerit similitudinem corporis, in p. q. 74. ar. 1. & q. 73. quo panis similitudinem representat. Species ergo panis sacramentum est corporis, non solù ratione rei significatae, verum etiam ratione contentae.

¶ Vtrum

¶ Vtrum forma panis & vini, vel species accidentis & veritas corporis diuisa sint sacramenta. *D. Th. 3. p. q. 73. art. 2.

CAPVT. XXXVIII.

Sed queritur, Vtrum species panis & veritas corporis unum sunt sacramentum, an diuersa sunt sacramenta? Scriptum est enim. Perficiat in nobis tua quæsumus sacramenta quæ continent, sed & alibi legitur: Praesta ut hoc tui corporis & sanguinis sacramentum non sit nobis reactus ad prænam, præterea cum eandem rem sans etiam significet, videtur quod sit idem sacramentum. Sed cum diuersa sint signa, videtur quod diuersa sunt sacramenta. Sunt sanè qui dicunt, quod forma panis & vini sunt unum sacramentum, non propter unum significatum, sed propter unum contentum. Species autem panis & veritas corporis sunt unum sacramentum, non propter unum contentum, sed propter unum significatum, hi debent concedere, quod sicut diuersa res propter idem significatum, idem sunt sacramentum, sic eadem res propter diuersa significata diuersa sunt sacramenta. Quibus obiectur, quod si species panis, & veritas corporis idem sunt sacramentum, cum species panis sacramentum sit corporis, ergo veritas corporis idem est sacramentum, & ita sacramentum est sui. Non prouenit, quia Dilutio.

Species panis est quoddam sacramentum, quod est veritas corporis, & est quoddam quod non est illa, quoniam est duo species sacramenta diuersa. Alij vero di forte sunt, siue sunt diuersa significata, siue diuersa significata, siue diuersa sunt sacramenta.

Quos

Quos oportet concedere, quod in altari ad missam sunt quatuor sacramenta, videlicet species panis, & species vini, veritas carnis, & veritas sanguinis. Præterea cum panis & vini diuersa sint accidentia, ut sapor, odor, pondus & color, qualitas & figura, videtur quod singula per se sint varia sacramenta. Nam qua ratione potius vnum quam aliud dicendum est sacramentum? Sed cum Veradeter ius rei sacramentum est odor aut sapor? Potest minatio non incongruere responderi, quia omnia simul ac forte * tota sunt vnum Eucharistiae sacramentum, eorum quod nullum sacramentum * solum significat per se, sed omnia simul panis speciem representant, quæ corpus Christi continent, & significat.

¶ De distinctione signorum, vbi ostenditur, quod sacramentum actiuè & passiuè dicitur.

CAPVT. XXXIX.

Signorum Signorum autem alia sunt naturalia, & alia posse sunt naturalia. Naturalia sunt, quæ secundum naturam significant. Quorum quedam sunt quæ per an- positiua. tecedens significant consequens, ut rubore ve- *D. Th. q. spertino significatur serenitas matutina. Alia 60.3. pa. & sunt quæ per consequens significant antecedēs, in.4.d.1. ut fumo vel cinere significatur ignis. Positiua Nume.21. sunt illa quæ secundum impositionem significat, quorum alia sunt signum rei sacræ, ut serpens æneus erectus in eremo. Alia sunt signa rei non sacræ, ut arcus triumphalis errectus in biuio. Signorum rei sacræ, alia sunt sacra, ut baptisma, Signa non alia non sacra, ut agnus paschalis. Sacra sunt si- ui testamē gna noui testamenti, non sacra veteris. Quanvis enim

énim utraque sunt signa rei sacræ, id est, rem sa- ti meliora crām significantia, non tamen utraq; sunt sacra sunt quāma signa, id est, iustificantia. Licet nonnulli dixerint signa veteris, legalia iustificasse. Hæc est enim differens testimoniū inter legalia & inter euangelica sacramenta, quod illa significant tantum & non iustificabant, hęc autem significant & iustificant. Verum quandoque large quandoque stricte sacramenta accipiuntur. Large secundum quod omne signum rei sacræ, siue sit sacram siue non sacram, dicitur sacramentum. Unde signa legalia sacramenta dicuntur. Stricte secundum quod sacram solūmodo signum dicitur sacramentum. Sa- Sacramentum autem & actiuè & passiuè dicitur, tū & actiuè quasi sacram signans, vel sacram signatum. Nā uè & passiuè nomine sacramenti quandoq; signum rei, quan uè dicitur, doc; res signi varie nuncupatur, secundū quod sacramentum accipit pro re signi, sacramen- tum dicitur à sacro & secreto, quasi sacram secre- tum. Species ergo panis dicitur sacramentum actiuè *D. Th. 5. id est, sacram significans. Unita autem Ecclesiæ p. q. 73. art. 3. dicitur sacramentum passiuè, id est, sacram si- gnatum: Corpus domini utroque modo dicitur sacramentum, id est, sacram significans, & sac- erum signatum.

¶ Quod sacramentum consistit in tribus, *D. Th. d. in rebus, factis, & verbis. 1. q. 1. art. 3.

CAPVT. XL.

ad. 2. in. 4.

Sacramentum verò consistit in tribus, rebus, lib. sentē. factis, & verbis, secundum proprietatem, si- militudinem, & interpretationem. Leo nanque secundum proprietatem designat diabolū. Vn-

Q dēs

IN NOCEN TII. PP.

1. Pet. 5.

dē: Aduersarius vester diabolus tanquam leo ru-
giens circuit, querens quem decuoret. Seminare
secundum similitudinem significat prædicari:
Lucæ. 11. Vndē: Exiit qui se inat seminare lemen suum,
& aliud cecidit in terram bonam, aliud supra
petram, aliud inter spinas. Emanuel secundum
Matth. 8. interpretationem significat Christū. Vndē: Vo-
cabitur nomen eius Emanuel, quod interpreta-
tur nobiscum Deus. Res ut aqua baptismi, vel
aqua, Factum ut signaculum crucis, Verbum ut
invocatio trinitatis. Singula reperiuntur in hoc
excellentissimo sacramento. Res, id est, corpus
& sanguis, Factum, id est, iesus & potus. Verbum,
Hoc est corpus meum, hic est sanguis meus.
¶ Quōd sanguis Christi duplíciter intelligitur
in remissionem peccatorum effusus.

C A P V T . X L I .

Qui pro multis effundetur in remissionem
peccatorum. Pro solis prædestinatis effus-
sus est, quantum ad efficientiam. Sed
pro cunctis hominibus est effusus quantum ad
sufficientiam. Effusio quippe sanguinis iusti pro
iniustiam fuit diues ad pretium, ut si vniuersi
tas crederet in redemptorem, nullum omnino
Duplex re diaboli vinculum retinerent. Peccatum autem
missio pec duobus modis remittitur, quo ad meritum cul-
cati. pæ, & quo ad debitum pœnæ. Meritum culpæ re-
mittitur per sanguinis fidem, quia iustificamur
à culpa. Debitum pœnæ remittitur per sanguis
nis pretium, quo redépti sumus à pœna. Omnes
enim quasi oues errauimus. Vnusquisq; inviam
suam declinavit. Et dñs posuit in eo iniquitates
omniū

Esa. 53.

LIBER. IIII.

104

omniū nostrū. Vulneratus est propter iniquitas-
tes nostras, attritus est propter scelera nostra, disci-
plina pacis nostræ super eū, & liuore eius sanati
sumus. Verè languores nostros ipse tulit, & dos-
lores nostros ipse portauit. Quia ergo iustus in-
iuste punitus, iniusti iuste sunt liberati. Assum-
psit enim pœnam in se pro omnib⁹, vt daret per
segratiam vniuersis.

¶ Quōd sumptio Eucharistia non
est nimium differenda.

*D. Th.;

p. q. 80. ar.

C A P V T . X L I I .

10. concil.

HAEc quotienscumq; feceritis. In perceptio Tri. sel. 22.
ne corporis & sanguinis Chri, magna est cap. 6.
nobis adhibēda discretio. Cauendū est enim, ne
si nimī differatur, mortis periculū incurritur,
Dño protestāte: Nisi manduaueritis carnē filij Ioap. 6.
hominis, & biberitis ei⁹ sanguinē, nō habebitis
vitā in vobis. Si verò quis indigne suscipiat, iudi-
cium damnationis incurrit, Apostolo testāte: Qui 1. Cor. II,
manducat & bibit indigne, iudicium sibi mādu-
cat & bibit. Ideoq; iuxta vocē eiusdē Apostoli,
Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat &
de calice bibat. Ingens itaq; nobis indicitur be Ingens no-
ne viuendi necessitas, ne corpus domini vel ins bis indicta
dignē sumendo sumamus iudicium, vel sumere probitatis
cessando nihilominus incurramus periculū. Ne necessitas.
cessario quippe sumendum est agnus, vt à vastate
angelo protegāmur, nec exire possum de AEy. Exod. 12.
pto nisi celebrādo phase, paschalē agnū edam⁹. De con.di
Dixerit ergo quispiam communicandum esse stin. 1. cap.
quotidie, dixerit alius quotidie cōmunicandū. Quotidie,
non esse, faciat vñusquisq; quod piē crediderit

Q 2 faciē

INNOCENTII. PP.

faciendum. Non enim litigauerunt ad invicem.
 Luc.19. nec alter alteri se præposuit Zachæus & ille Cet
 turio, cum alter eorum gaudens in domo sua Christum
 Matth.8. fecerit, & alter eorum dixit: Domine, non
 sum dignus ut intres sub tecum meum. Audi quid super hoc sentiat Augustinus: Quotidie,
 inquit, eucharistiam recipere, nec claudo nec vis
 tupero, omnibus diebus tamen dominicis com
 municandum hortor. Si tamen mens in affectu
 peccandi est, grauari magis dico Eucharistia
 perceptione, quam purificari. Et licet quis peccato
 mordetur, si tamen peccandi de cætero
 non habeat voluntatem, & satisfaciat lachry
 mis, & orationibus, securus accedat. Sed hic
 de illo loquor, quem mortalia peccata non gra
 De cōf. di. uant. Cautum est enim in Canone, q̄ si non fes
 2. c. Secula quentius, saltem ter in anno omnes communis
 res. cent, qui nolunt ecclesiasticis carere luminibus:
 in Pascha, Pentecoste, & Natali.

*D. Th.; ¶ Quod sacramentum altaris est commis
 p. q. 73. art. moratio mortis Christi.

4. Tri. sif. CAPVT. XLIII.

13. c. 1. & se. In mei memoriam faciatis. In hoc sacramen
 21. cap. 1. to nobis quotidie mortis Christi memoria re
 1. Cor. II. nouai, sicut apostolus determinat dicens: Quo
 tienscūq; manducaueritis panem hunc, & bis
 beritis calicem, mortem domini annuntiabis
 tis donec veniat. Propter quod ipse dicebat apo
 Luc.22. stolis: Hoc facite in meam cōmemorationem.
 Cur vlti: Hanc ultimam sui memoriam dominus nobis
 mo loco dereliquit, quemadmodū si quis peregre profis
 instituit ciscēs aliquod pignusei quē diliḡt derelinquat,
 vt quo:

LIBER IIII. 105

vt quoties tūc illud aspicerit, ipsius debeat amī Christus
 citias memorari, quoniam si perfēcte dilexerit, hoc sacra
 absq; magno fletu vel dīsyderio nequit illud aspi mentum.
 cere. Ideoq; hoc salvator instituit sacramentū,
 vt quia venerat eius hora qua de mundo transi
 ret ad patrem, quia verum erat quod dicebat
 apostolis. Quo ego vado, vos non potestis veniā Iōan.13.
 re. Nam & Petro dicenti: Domine, quo vadis?
 Respondit: Quo ego vado, me sequi non potes.
 Cōpetentē illis hæreditatē cōscribēs, visiblē sui
 memoriam cōmēdarat, Hoc, inquit, facite in meā
 cōmemorationē. Nō enim solū scripturam com
 memorationē ad hæc sufficere iudicabat, quile
 thargicū venerat & grotū sanare. Quota nanq;
 pars nostri capit illud quod in Euangelio opti
 mis vnguentis fragrat, antidotū, verbum quod Cibus soli
 erat in principio apud Deum, per quē oīa facta dus.
 sunt, quodq; caro factum est, & habitauit in no
 bis! Nam illud quidē ruminare, medela salubris
 est super mel & faūū, dulcis faucibus animā & di- Psal.16.
 ligētis. Sed tantus cibus valde paucorū, & solius
 mentis pabulum, quo tunc anima plenissime sa
 tiabit, cū verbū ipsum in ēterna felicitate gusta
 bit. At ille qui corp⁹ assump̄it & animā, vt sana
 ret & animā & corpus, pigrēta sua prouida cha
 ritatis arte composuit, quibus lethargicam mē
 tem & groti renouata quotidie suę salutis cōme
 moratione percelleret, & edentulā. i. sine denti
 bus plebe (qua verbum antiquum & ēternū Cibus edē
 principium, quasi solidum cibum ruminare non tulæ plebi
 poterat) hic dulcissimo concocto liquamine in aptus.
 panis & vini sacramēto cōsueceret sorbillare.

INNOCENTII. PP.

LIB R. IIII. 106

*D. Th. 3. ¶ De diuersis causis institutionis:

p. q. 63. ar. CAPVT. XLIII.

1. & 5 Tri. Apientia Dei, quæ se per visibilia manifestat, volens euidenter ostendere quod ipsa cibus est animalium, carnem assumptam proponit in edulium, ut per cibum humanitatis inuitaret ad gustum diuinitatis, de quo dicit Psalmi

Psal. 33. sta: Gustate & videte quoniam suauis est domus Duplicitus. Totum ergo Christus se exhibet nobis inter nos: cibum, ut sicut diuinitate nos reficit, quam spiravit dominus. Tualiter gustamus corde, ita nos humanitate res

ficiat, quam corporaliter ore comedimus, ut ita de visibilibus ad invisibiliis, de temporalibus ad æternas, de terrenis ad coelestias, de humanis ad diuinas transferat. Ego sum, inquit, panis vi-

uis, qui de celo descendit. Ecce cibus diuinitatis. Et panis quem ego dabo caro mea est. Ecce cibus humanitatis. Panis igitur angelorum factus est cibus hominum, secundum illud propheti- cum: Panem angelorum manducauit homo. Qua-

tenus qui secundum animam cibum diuinitatis accipimus, etiam secundum carnem cibum humanitatis sumamus, quoniam sicut anima rationalis & caro unus est homo, ita Deus & ho-

Duplex ligno vero est Christus. Et quia homo per gustum gnum scié mortem incurrit, per gustum quoque vitam ac- tias & vitæ, quirit, quatenus vnde mors oriebarit inde vita

Gene. 3. resurgeret. Datum est quippe de illo. Quacun-

que die comedelis, morte morieris. Dicitur autem de isto. Si quis manducauerit ex hoc pane, vivet in æternum. Cibus ille mortalis pepernit in ligno scientias boni & mali. Cibus iste vitalis

pepen-

pepernit in ligno vita, quod est in medio para- disi. Illud fuit lignum inobedientiae, ad quod homo manus extendit, ut fieret sicut Deus iuxta quod illi serpens promiserat: Eritis sicut dij, scientes bonum & malum. Istud autem lignum est obedientiae, in quo Deus manus extendit, & factus est homo, iuxta quod dicit Apostolus: Exi Phil. 3.

naniuit semetipsum, formam servi accipiens in similitudinem hominum factus, & habitu inuenitus ut homo, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Ut ergo suam erga nos Christus charitatem ostenderet, & nostrâ erga se charita dedit se in te accenderet, qui dedit se pronobis in pretium pretium &

ipse tribuit se nobis in cibum, ut per pretium re in cibum. dimeret nos à morte, per cibum aleret nos ad vitam. Vnde ait, Qui māducat me, vivet propter me. Quid amplius vñquam potuit pro nobis efficeret? Pretium se dedit pro nobis in mortem, & cibum se tribuit nobis ad vitam, ut mortem nostram sua morte perimeret, & vitam nostrâ sua vita nutritre. Panis iste si dignè māducatur, impinguat: & calix iste si dignè babitur, inebriat, non corpus sed cor, non ventrem sed mentem.

Vnde, Poculum tuum inebrians quam p̄æcl: Psal. 22.

rum est. Per huius ergo sacramenti virtutem, vniuersæ virtutes augentur, & omnium gratiarum fructus exuberant. Is enim in hoc sacramento sumitur totus & integer, qui est fons & origo totius virtutis & gratiæ. Per crucis myste- rium eripuit nos à potestate peccati. Per Eu- feb⁹ huius charitatis sacramentum liberat nos à voluntate sacramenti peccandi. Nā eucharistia si dignè sumatur à malo

liberat,

*D. Th. 3. liberat, & confirmat in bono, venialia delet, & p. c. 79. con cauet mortalia. Vnde cum premissimus in ora cil. Tridē. tione dominica, Panem nostrum epiusion. i. su: ses. 13. ca. 2. perfubstantiam, da nobis hoc, statim adiun

Matt. 6. gimus: Et dimitte nobis debita nostra, & ne nos inducas int̄tationē. Sed libera nos a malo. Amē. Quia per panem istum cælestē liberamur à malis præteritis, præsentib⁹, & futuris. Dedit ergo nobis hoc sacramentum salutis, vt quia nos quo idie peccamus, & ipse a morti non potest. Per hoc sacramentum, quod in memoria mortis ei⁹ accipimus, remissionem peccatorum quotidie consequamur. Non enim solum lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo, quando sanguinē suum fudit pro nobis in crucis patibulo, verum etiā quotidie nos lauat à peccatis nostris in sanguine suo, quando eius sanguinem nos accipi-

Christus mis in calicis poculo. Ascēsurus ergo Christus semper no ad patrem, quia promisit apostolis eorumque biscum. sequacibus: Vobiscum ero cunctis diebus vs Matt. vlti. que ad consummationē seculi, voluit remanere cum illis non solum per inhabitantem gratiam nec per diuinam tantum essentiam, verum etiā per corporalem presentiam. Et ideo istud sacramentum instituit, in quo præsens nobiscum, sub alia quidem forma, sed in propria verē substātia. Congruum erat enim, vt Deus qui hominem quem plasmavit, & fecit ad imaginem & similitudinē suā in homine quē assumptis imaginis

Trinitas nē & similitudinē suā expressius insigniret. Dis substātia sposuit ergo cælestis altitudo consilij, vt sicut rū in vna tres sunt personæ in unitate substātia, pater, verbum,

bum, & spiritus sanctus, ita tres essent substātia persona: tiae in unitate personæ, diuinitas, corpus, & anima Christi. ma. Cum ergo Christus secundum naturam diuinam trībus modis in rebus existeret, localiter in cœlo, personaliter in verbo, sacramentaliter in altari. Sicut enim secundum diuinitatem totus essentialiter est in omnibus rebus, ita secundum humanitatem totus sacramentaliter est in pluribus locis. Huius sacramenti virtute possibile fit, vt qui de terra sunt, in cœlum ascendent. Ait ipse enim salvator: Nemo ascendit in cœlū, Ioan. 3. nisi qui de cœlo descendit filius hominis, qui est in cœlo. Vnus & idem est filius Dei, qui de cœlo descendit, filius hominis, qui ascendit in cœlum Christus Iesus, cuiusquam suo capiti cuncta mē. Per hoc sacerdotia corporis annuntiantur, omnes qui per fidem crāmētūs huius sacramenti seruant unitatem spiritus in nimurchi vinculo pacis. Et sicut vnum corpus, vna perso: sto, sicut vna Christus caput cum suis mēbris in cœlū mēbra cœlum ascendit, dicitq; patulabundus gloriosam piti. Deo repræsentans ecclesiam: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Et ostendens se cum illa in vnam conuenisse personā: Erunt, inquit, duo in carne vna. Hoc autem, vt inquit Apostolus, magnum sacramentum est in Christo Ephes. 5. sto & in ecclesia, quod eucharistia simul efficit & figurat, secundū quod dominus ait: Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem in me manet & ego in eo. Per id ergo quod suscepit ipse de nostro, accipimus ipsi de suo, tam insolubili nexu coniungimur, vt qui est vnum cumpatre per ineffabilem unitatem, fiat vnum Q. 5 nobiscū

Ioan. 17.

nobiscum per admirabilem unionem, ac ipso per hoc communiter mediante cum patre unum efficiuntur. Pater, inquit, sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, ut sint unum sicut nos. Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro illis qui creduntur sunt per verbum eorum in me, ut & ipsi in nobis unum sint, & credant quia tu me misisti. Ego claritatem quam dedisti mihi de die eis, ut sint unum, sicut & nos unum sumus. Ego in eis, & tu in me, ut sint consummati in unum, & cognoscatur mundus quia tu me misisti.

Rogat Rogat unitas pro unione, verbum cum patre Christus unum est in natura, homo cum verbo unum est pro uno: in persona, membra sunt unum cum capite. Princeps nostri. unum est in iustitia, postmodum autem in gloriam. Cor. 6. quoniam qui adhaeret Deo, unus spiritus est cum eo. Ut ergo in iustitia unum sint, cognoscatur mundus quia tu me misisti, ut autem gloria unum sint, volo ut ubi ego sum, & illic sint mecum, videant claritatem quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionem mundi.

¶ CAPITVLA QVIN- TI LIBRI.

- 3 De signis que tertio loco fiunt super oblatam & calicem, ubi agitur de quinq[ue] plagiis. Osten ditur etiam quod nunquam in crucis signaculo panis separatur a calice, nisi cum separatim nominatur in Canone.
- 2 Quare post consecrationem signa super eucharistiam

restiam fiunt, ubi distinguitur inter verbum & signum.

- 3 Expositio subsequentium in Canone.
- 4 De figuris novi testamenti, quae praecesserunt in veteri testamento, ubi tam in offerentibus quam in oblationibus similitudo vocatur. Legos nos.
- 5 De signis que quartu[m] loco fiunt super oblatam tatur. & calicem, ubi agitur de Christi oratione, de proditione, de vinculis & flagellis, de spiritu nis & alapis, de profunda aliorum verborum intelligentia.
- 6 Iube haec perferriri per manus angeli tui, ubi agitur de ministerio angelorum, qui semper in sacrificio presentes existunt. Vbi traditur, quare mors in sacra scriptura somno coparet.
- 7 De Memento, parte II. Canonis.
- 8 De Nobis peccatoribus. II. parte Canonis.
- 9 De secunda commemoratione sanctorum. Vbi docetur, quare Ioannes repetitur, & quare Stephanus sociatus, Ioanni premititur Matthias ac Barnabe.
- 10 De signis, que quinto loco fiunt super corpus et sanguinem, & in latere calicis. Vbi agitur de crucifixione, quae facta est hora tertia in lignis Iudaeorum, & crucifixione, quae facta est hora sexta manibus gentilium.
- 11 De extensione manuum Saluatoris in cruce. De

- 12 De tribus cruciatibus quos Christus sustinuit.
- 13 De aqua & sanguine que de latere Christi fluxerunt.
- 14 De scissione reli.
- 15 De sepultura Christi, & quare parumpersa crificium exaltatur.
- 16 De sarcophago ad ostium monumenti.
- 17 Ostenditur etiam, quare diaconus mensam altaris & armum pontificis osculatur.
- 18 Epilogus de numero & ratione signorum, quae sunt super oblatam & calicem.
- 19 De vocis expressione & pectoris tensione.
- 20 De oratione dominica, ubi agitur de dignitate orationis, ad quid valeat vocalis oratio. Etiam pro quibus orandum sit.
- 21 De numero petitionum & ordine.
- 22 De adoptione septem petitionum, & septem donorum, & septem virtutum, & septem beatitudinum.
- 23 De captatione benevolentie.
- 24 De triplici malo à quo petimus liberari.
- 25 De diversis temptationibus in quas petimus non induci.
- 26 De tribus debitibus quae petimus nobis dimitti.
- 27 De quinq[ue] panibus quos petimus nobis dari.
- 28 De voluntate Dei, quam in terra sicut in celo fieri postulamus.

- 19 De regno Dei quod petimus advenire.
- 20 De sanctificatione nominis patrii, quod quantum modis sanctificatur in filijs, duobus in via, duabus in patria.
- 21 Quod duplex ordo notandus est in oratione dominica, unus in descendendo qui concordat cū donis, & alter in ascendendo qui conuenit cū virtutibus. Ostenditur etiam quis dominicam orationem post canonem super hostiam censuit recitari.
- 22 De silentio post orationem dominicā. Vbi agitur de quiete dominice sepultura, & de de scensu Salvatoris ad inferos.

L I B E R Q V I N T V S .

¶ Designis quæ tertio loco sunt super oblatam & calicem.

C A P V T P R I M V M .

VNde & memores domine nos tui serui: sed & plebs tua sancta Christi filij tui domini Dei nostri: tam beatæ passionis: necnō &

& ab inferis resurrectionis: sed & in cœlos gloriōsæ ascensionis: offe-
rimus præclaræ maiestati tuæ: de-
tuis donis ac datis. Hostiam ✠ pu-
ram. Hostiam ✠ sanctam. Ho-
stiam ✠ immaculatā. Panem ✠
sanctum vitæ æternæ: & cali ✠ cœ
salutis perpetuæ.



Tria de
Christo
memo-
ria.

Roma.8. Tertio letificat spem. Quid enim magis in nobis cha-
ritatem accedit, quam quod proprio filio suo
non pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tra-
didit illum? Christus autem pro nobis factus est obe-
diens usque ad mortem, mortem autem crucis. Quid
in nobis magis fidem confirmat, quam quod Christus resurrexit a mortuis primitæ dormientiū?

Phil.2. non pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tra-
didit illum? Christus autem pro nobis factus est obe-

i. Cor.5. diens usque ad mortem, mortem autem crucis. Quid
in nobis magis fidem confirmat, quam quod Christus resurrexit a mortuis primitæ dormientiū?

Quonia

Quoniam quidem per hominem mortis, & per hominem resurrexio mortuorum. Sicut & in Adæ omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivi-
ficabuntur. Quid magis in nobis amplificat spem, Psal.67.
quam quod Christus ascendens in altum, capti: Ephes.4.
uam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus, Ioan.ii.
ut ubi est ipse, illic sit & minister ipsius? Quia ve-

rò dicit ecclesia, memorem se dominicæ passionis, statim acerbiorem speciem illius passionis cōmemorat, recolens in quinq; crucibus quinq; plagas. Deinde per partes ordinem dominicæ passionis prosequitur, sicut subsequens exposicio declarabit. Abhinc igitur usque dum corporale desuper calicem remouetur, domini passio memoratur. Nam ubi dicit sacerdos, hostiam puram, hostiam sanctam, hostiam immaculatam, panem sanctum vitæ æternæ, & calicem perpetuæ salutis.

Quinariū crucis signaculū imprimet super Quinque oblatā & calice, significans illa viuentis petre fo crucis sis-
ramina, in quibus residet immaculata columba gnacula.
fructuose nidsificans. Cum inter predicta crucis * D. Tho.
quinq; signacula, quinq; dilecti sui plegas, vide 3. p. q. 83. ac
licet duas manū, totidē pedū, & unam lateris, t. 5. ad. 3.
fida tenet & cōtēplatur memoria. Tres autem cru-
ces sacerdos cōmuniter facit super oblatā & cali-
ce, quoniā in tribus verbis utrūq; pariter intel-
ligitur. Nunquā enim in crucis signaculo panis separatur à calice, nisi cū separatum nominatur in canone. Verū erecta pars crucis solūmodo su-
per panem, transuersa vero usque super calice des-
bet protédi, quoniam erecta pars crucis corpus Christi sustinuit, & brachia transuersa distendit.

Quare

¶ Quare post consecrationem signa sua
per Eucharistiam sunt.

CAPVT. II.

Questio. **H**inc oritur quæstio non prætereunda silen-
tio, cum enim plenè & perfectè sit con-
secratio celebrata, (Nam materia panis & vini iam
transuit in substantiam carnis & sanguinis) qua
resuper Eucharistiam benedictam & plenissi-
mè consecratam adhuc benedictionis signum
imprimitur, aut aliud verbum consecrationis
profertur. Imò talia quædam subiunguntur in
canone, quæ videntur ianuere, quod nō dum sit
transubstantiatio consummata. Ego super hac
quæstione vellem potius doceri quām docere,
magisq; referre quām proferre sententiam. Ves-
rum quia neque à maioribus aliquid dictum
super hac re potui reperire, dicam salua fide
quod sentio sine præiudicio sententiæ melios-
ris. In Canone siquidem aliud verba significat,
Responsio & aliud signa prætendunt. Verba nanque prius
in Canone cipaliter spectant ad Eucharistiam consecranc
alia estra dam, signa verò principaliter ad historiam res-
tio verbo colendam. Nam verbis utimur ad consecranc
rum q; si dum panem & vinum in corpus & sanguinem
gnorum. Iesu Christi. Signis utimur ad recolendū ea que
per hebdomadam ante pascha gesta sunt circa
Christum. Patet ergo quantum ad ordinem eu-
charistiae consecrandæ, quod capitulum istud,
Qui pridie quām pateretur, in fine Canonis sub-
iici debuisset, quoniam in eo cōsideratio consum-
matur. Sed quoniam impedit est ordinem histo-
riæ recolendæ, quia quod fuit gestum in medio,

recole-

recoletur in fine, prouidus canonis ordinator
vt ordinem seruaret historię, quasi quadam ne
cessitate compulsus, capitulum istud: Qui pri-
die quām pateretur, quasi cor canonis, in me-
dio collocavit, vt quæ sequuntur intelligantur
procedere, secundam illam figurā, qua sèpè fit,
vt quæ narratione succedunt, intellectu præce-
dūt. Vel potius, vt tam literæ quam historię suus
ordo seruetur. Dicatus itaq;, q; signa pertinent Alia respō
ad historiam recolendam. Sed verba non perti-
nent ad eucharistiam consecrandam, imò perti-
nent ad eucharistiam consecratam, hoc modo.

¶ Expositio subsequentium in canone.

CAPVT. III.

Nostri serui, videlicet sacerdotes, & plebs Expositio
tua sancta, scilicet populus Christianus textus Cas.
(Nam quod populus agit voto, sacerdotes per nonis.
agunt mysterio) offerimus præclare maiestati
tuæ, id est, præceteris claræ. Nam si quis fulge: Matth. 25.
bunt sicut sol in regno patris eorum, quanto clা-
rius diuina præfulget maiestas? De quis donis, De tuis do-
id est, de frugibus segetum, quantum ad panem nisi ac das
qui consecratus est in carnem. Ac datis, id est, de tis.
frugibus arborum, quātum ad vinum quod est
consecratum in sanguinem. De his inquam & il-
lis offerimus hostiā puram, hostiam sanctam, ho-
stiam immaculatā, id est, eucharistiam, immunē
ab omni culpa vel peccato originali, veniali, &
criminali, vel purā quantum ad cogitationem,
& sanctam, quantum ad locutionē, immacula-
ta n quantum ad operationem, quia peccatum non
fecit, nec est inuentus dolus in ore eius. Hoc est, Esai. 53.

R panē

Ezai. 53. panem sanctum, id est, sanctificantem, datorem vestram eternam, quantum ad stolam carnis, & calicem salutis perpetuae, quantum ad stolam animae. Secundum illud, Ego sum panis viuus qui de celo descedi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in

Propitio eternum. Supra quae propitio domine nobis tuo sereno no vultu, id est, placabili respectu digneris respicere. Non quod vultus eius mutetur aliquando. Sed tunc Deus illuminat suum vultum super nos, & serenat, cum misericordiam suam super nos exibet & declarat. Secundum illud psalmista. Illuminet vultu suu super nos & misereatur nostri,

Psalm. 66. hiber & declarat. Secundum illud psalmista. Illuminet vultu suu super nos & misereatur nostri,

Supra quae propitio: ac sereno vultu respicere digneris: & accepta habere sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti Abel & sacrificium patriarche nostri Abrahæ: & quod tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedech sanctum sacrificium, immaculatam hostiam.

¶ De figuris noui Testamenti quæ praeserventur in veteri Testamento.

CAP. IIII.

Sicuti, si. **S**icuti accepta habere dignatus es munera militudi. **A**bel, &c. Aduerbiū istud, sicuti, similitudinem

nem innuist, non exprimit quantitatē. Multo nem dicit, quippe acceptius est hoc sacrificium, q̄ quod obtulit Abel, quod obtulit Abraham, quod obtulit ratem.

Melchisedech. Valet enim amplius res quā vñ. * Vval. de bra, veritas q̄ figura. Ipsam ergo similitudinem sacramagis q̄ quantitatē debemus attendere. Similiter. tit. 4. c.

les ergo offerendo sumus Abel, si recte quidem 39. nu. 5. offerentes, recte nihilominus diuidamus, quod Oblatio quia Cain non egit, peccauit. Sua namq; recte cui Abel,

debebat, obtulit Deo, sed retinuit sibi seipsum, Gene. 4. & cor suum auferens Deo, malè diuisiit. Abel autem acceptum Deo intus in corde obtulit holocaustum, quia non se sibi retinuit, sed Deo se totum subdidit & impedit. Et ideo respexit Deus ad Abel & ad munera eius. Ad Cain autem & ad eius munera non respexit. Prius respexit ad Abel,

& postea respexit ad munera, quia non offerens placuit a muneribus, sed munera placuerunt afferente. Similiter Abraham egregia fide totum se prius offerebat altissimo, & propterea Abraham, cum sua duceret offerenda, placidas ei hostias offerebat, quod ut nos scientes imitaremur, patet ab illo Deus exigit affectus. Tolle (inquit) Genes. 11. filium tuum unigenitum quem diligis Isaac, & offer illum in holocaustum super unum montium quem monstrauero tibi, statimq; promptum & obedientem inuenit, immo nobis ostendit. Melchisedech quoq; nisi se prius acceptum Deo sacrificium Melchisedech obtulisset, futurum causas minime prouidit dech.

set, quarum intuitu mysticum panis & vini primus obtulit sacrificium. Erat enim sacerdos altissimi. Nos ergo assistentes ad offerendum, si recte Quomodo R. 2 diuidi-

do nos ob diuidimus prius, nos ipsos in sacrificium offerare debe mus, arietinam proteruiam, feritatem taurinā, mus. hircinamq; libidinē iugulantes. Iuxta quod in Psal.65. psalmo cantauim^o: holocausta medullata offerā tibi cum incenso arietum, offeram tibi boves cum hircis. Ac deinde sicut munus Abel, sicut sa crificium Abrahæ, sicut hostiam Melchisedech, vota nostra dominus acceptauit. Verū non folum in offerentibus, sed etiam in ipsis oblationib; bus debemus similitudinem intueri. Nam illa vetera sacrificia, hoc nouum sacrificium figura bant. Quid enim per munus Abel offerentis de primogenitis gregis, nisi Christus exprimitur primogenitus in multis fratribus? Quia sicut

Per mun^o Abel inuidiose fuit interfactus à fratre, sic ipse Abel. malitiose fuit occisus à populo ludeorum. Nam Roma.8. secundum Apocalypsim Ioannis. Ipse est agnus Apoc.13. qui occisus est ab origine mundi. Quid per sacri Per sacrificium Abrahæ dilectum & unicum filium offe ciū Abra rentis, nisi passio domini designatur? De quo di hæ. cit apostolus: Dilecto filio suo nō pepercit D^e, Roma.8. sed pro nobis omnibus tradidit illum. Hic est Matth.3. (inquit) filius meus dilectus, in quo mihi cōplas cuit. Oblatio verò Melchisedech tam proprie Per obla nouum sacrificium præsignauit, vt inde prædi tionē Melchis sit, Tu es sacerdos in æternum secundum chiselech, ordinem Melchisedech. Qui per omnia secun Psal.109. dum Apostolum, assimilatus filio Dei, manet sa Hebr.7. cerdos in perpetuum. Abel dicitur puer, nō tam Abelpuer, à pueritia, quam à puritate, secundum illud: Ec E'zai.4.: ce puer meus electus quem elegi, posui super ips Abrahā sum spiritū mēū. Abraham dicitur patriarcha, non

non tam Israëlitice plebis q; populi Christiani: patriar illius per carnem, huiusq; per fidem: secundum cha illud: Non vitra vocabitur nomen tuum Abiā, Genes.17. sed appellaberis Abraham, quia patrem multarum gentium constituite. Melchisedech inter Melchis pretatus est rex iustitiae, deinde rex Salem, id est, dech rex pacis propter illud quod legitur: Orietur in die Psalm.71. bus eius iustitia & abundantia pacis, donec auferatur luna. Sanctum sacrificium, immaculatam hostiam, hoc addidit in Canone Leo Papa.

SVpplices te rogamus omnipo tens Deus: iube hæc perferriri per manus sancti angelit tui: in sub lime altare tuum: in conspectu diuinæ maiestatis tuæ: vt quotquot ex hac altaris participatione: sacro sanctum filij tui cor * pus: & sanguinē sumpserimus: omnibe ne * dictione cœlesti: & gratia re pleamur. Per eundem Christū do minum nostrum. Amen.

* Designis que quarto loco sunt sue per oblatam & calicem.

C A P. V.

R 3 Supplie

Luc. 22.

SVpplices te rogamus, &c. Dicto hymno post
scenam exiit Iesu in montem oliveti trans
torrentem Cedron, & proges Iesu pusillum pro-
cedit in faciem suam orans & dicens: Pater si te
ri potest, transfer hunc calicem a me. Sed & secu-
do & tertio abiit, & orauit eundem sermonem,
dicens: Et factus in agonia, prolixius orabat, &
factus est sudor eius sicut guttae sanguinis decur-
rentis in terram, tunc venit ad discipulos suos,
dicens. Surgite, eamus, ecce appropinquat qui
me tradet. Traditor autem dedit eis signum, di-
cens: Quem osculatus fuero, ipse est, tenete eum.
Et confessim accedens, osculatus est eum. Iesu
igitur quia procidit orans & dicens, Pater si te
ri potest, &c. Sacerdos inclinans orat dicens: Sup-
osculum plices te rogamus, &c. Per osculum altaris repre-
sentans osculum pditoris. Quia vero factus in agos-
nia prolixius orabat tertio dicens sermonem eundem,
Tres cruces. sacerdos facit tres cruces, primam & secundam
distincte super oblatam & calicem dicendo: Sacro
sanctum filij tui corpus & sanguinem, tertiam si-
gnando seipsum in facie, cum dicit: Omni bene-
dictione celesti & gratia repleamur. Forte pro-
* D. Tho. pter sudorem corporis crucem imprimens super
3. p. q. 83. ar corpus, & propter guttas sanguinis crucem im-
tic. 5. ad. 3. primens super sanguinem; & quia procidit in facie
Chrysost. suam orans, imprimit sibi crucem in faciem. Vel
hom. 55. in potius per duas cruces, quas facit sacerdos su-
Matt. Aus. per corpus & sanguinem, designantur vincula
gust. serm. & flagella. Vincula, quibus ligatum est corpus:
19. de san. flagella, quibus illis est sanguis eius. Nam de
ritis. Vval. vinculis legitur: Ministri Iudeorum compre-
henderunt

henderunt Iesum & ligauerunt, & vincentes de sacra
duxerunt & tradiderunt Pilato. De flagellis: mental. ti.
gitur, Apprehendit Pilatus Iesum & flagellauit. 4. c. 39.
Cuius liuore sanati sumus. Per tertiam verò cru Marc. 15.
cem quam sacerdos sibi in faciem facit, recolis Ioan. 19.
tur illud, quod expuebant in faciem eius, & ala-
pas in faciem ei dabant, & velantes faciem eius,
dicebant: Prophetiza nobis Christe, quis est qui Luc. 22.
te percussit.

* Deministerio angelorum qui semper
in sacrificio præsentes existunt.

C A P V T. V I.

* Ambros.
in. c. i. Lus.
cæ. Chrys.
ost. homi.

IUbe hæc perferri per manus, &c. Tantæ sunt 22. in act. &
profunditatis hæc verba, ut intellectus huma hom. 3. epi.
nus vix ea sufficiat penetrare. Nam & B. Grego ad ephes.
rius tanti sacramenti dignus interpres quodam Vvalde. de
in loco de illis tanquam de re ineffabili penè in sacramen-
tum effabiliter loquens, Quis, inquit, fidelium habe-
bit, tit. 4. c. re dubium possit in ipsa immolationis hora ad 39. nu. 5. &
sacerdotis vocem cœlos aperiri, & in illo Iesu 6.
Christi mysterio angelorum choros adesse, sum: Verba
misima sociari, i. terrena coelestibus iungi, vnū Gregorij
quid ex inuisibilibus & visibilibus fieri? Idē alii Papæ lib.
bi dicit. Vno eodēq; tempore ac momento & in 4. dial. c.
cœlo rapitur ministerio angelorum confociadum 58.
corpori Christi, & ante oculos sacerdotis in al-
tari videtur. Saluo tamē occulto coelestis oracu-
lis sacramento, possunt hæc verba licet simplicius
tū securius sic intelligi. Iube hæc. i. vota fidelium
videlicet & preces, perferri per manus sancti ange-
li, hoc est, per ministerium angelorum, secundū illud
R 4 quod

Tobi. ii. quod ait angelus ad Tobiam: Quando orabas cum lachrymis, ego obtuli orationem tuam domino: mino. In sublime altare tuum, hoc est, in conditio angeli spectum diuinæ maiestatis tuæ. Porro sicut B. feruntur. Augustinus determinat, nō dicitur angelus ora Deo: pre: riones nostras offerre Deo, quasi tunc primo censes nos. Deus nouerit quid vellemus, quia Deus omnia novit antequam fiunt: sed quia necesse habet rationis et creatura temporales causas ad æternitatem referre, sine perendo quid erga se fiat, siue contulerendo quid faciat, ut quod Deo iubente implendum esse cognoverit, hoc nobis vel evidenter vel latenter reporteret. Hinc etiam euidenter apparet, quod angelus semper in sacrificio Multiplex praesentes existut vel assutut. Multiplex autem altare. altare legitur in scripturis, superiorius & inferius, interius & exterius. Quodlibet autem est duplex. Nam altare superiorius est Dei trinitas, de quo Exod. 20. legitur: Non ascendas ad altare meum, per gradus. Est & altare superiorius triuphans Ecclesia, de qua Psalm. 50. dicit: Tunc imponet super altare tuum vitulos. Altare inferius est ecclesia militans, de quo dicit: Si Exod. 20. altare lapideum feceris mihi, nō edificabis illud defectis lapidibus. Est & altare inferius mensa templi, Psalm. 117. de qua dicitur: Constituite die solenne in cōdens, usq; ad cornu altaris. Altare interius est cor Leuiti. 6. mudum, de quo præcipit: Ignis in altari meo semper ardebit. Est & altare interius fides incarnationis, de qua iubetur, Altare de terra facietis mihi Nume. 8. Altare exterius, ara crucis, hoc est, altare holocausti, super quod cremabatur sacrificium vespertinum. Est & altare exterius ecclesiastica sacramenta, de qui

quibus scriptum est: Altaria tua domine virtus Psal. 83. tum, &c. Quæ verò sint illa quæ petit in sublimis me altare perfseri, determinat subdens: vt quot quot, &c.

Memento etiam domine famulorum famularumque mulorum tuarum. **N.** qui nos præcesserunt cum signo fidei: & dormiūt in somno pacis: ipsis domine & omnibus in Christo quiescentibus locū refrigerij lucis & pacis: vt indulgeas deprecamur. Per eundem Christū dominum nostrum. Amen.

¶ De Memento. xj. parte Canonis.

CAPVT. VII.

Memento domine, Orat pia mater ecclesia Memoria non solum pro viuis, sed etiā pro defunctis: pro defunctis, & eos sacrae oblationis intercessione comitatis. mediat, certissime credens, quod sanguis ille pretiosus, qui pro multis effusus est in remissionem peccatorum, non solum ad salutem viuentium, verum etiam ad absolutionem valeat defunctorum. Qui cum signo fidei præcedunt ad dominum. Signum fiducie. Non quod ibi sit fides aut spes, ubi species dei. est & res. Nam fides euacuatur, charitas autem 1. Co. 13. nunquam excidit, sed signum fidei pro charitate.

*Tertu. & coron. missa. Cypri. lib. I. ep. 9. Athana. & varijsques. q. 34. chrysostom. homi. 21. in act. Aug. ser. 32. de verb. a. post. Vval. de sacras metas. tit. 4. c. 40.

Apo. 7.

etere Christianitatis accipitur, quo fideles ab in fidelibus discernuntur, secundum illud: Audiu numerum signatorū, centum quadraginta qua tuor milia signati ex omni tribu filiorū Israēl. Et dormiunt in somno pacis. Secundum illud:

Psal. 4. In pace in idipsum dormiam & requiescam. Fre dormiūt quenter enim sacra scriptura defunctos dormiē multi. tes appellat, pro eo quod sicut dormientes eui gilant, ita defuncti resurgent. Propter quod dis

i. Thes. 4. cit Apostolus: Nolo vos ignorare de dormienti bus, ut nō contristemini, sicut & cæteri qui spē non habent. Et dominus inquit in Euangelio,

Ioan. ii. Lazarus amicus noster dormit. Ipsiſ dormine & omnibus in Christo quiescētibus. In hoc loco ſacerdos, quorum maluerit, defunctorum debet agere memoriam specialem. Locum refrigerij, In quo nō est ardor pœnarum, Lucis, in quo nō est obscuritas tenebrarum. Et pacis, in quo non est conflitus pœnarum. Nam abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum, &c. Sed deleatabantur in multitudine pacis, cōplascebunt coram domino in lumine viventium.

Apoc. 21.
Pſal. 36.

NObis quoq; peccatoribus famulis tuis de multitudine miserationum tuarum sperantib; partem aliquam: & societatem docere digneris cum tuis sanctis apostolis & martyribus: cum Ioanne,

Stephas

Stephano, Mathia, Barnaba, Ignatio, Alexádro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, Agneta, Cecilia, Anastasia. Et cum omnibus sanctis tuis: intra quorum nos consortium: non extimatoſ meriti: sed veniē quēſumus largitor admitte. Per Christum dominum nostrum.

¶ De Nobis quoq; peccatoribus. xij. parte
Canonis. CAPVT. VIII.

NObis quoq; peccatoribus, Nam si dixeris. 1. Ioan. ii. mus quia peccatum non. habemus, nos ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non est. Licet enim omni tempore nos debemus ex corde recognoscere peccatores, præcipue tamen cum pro remiſione peccatorum ſacrosanctum myſterium celebratur. De multitudine miserationis: Multe numeri tuarū ſperantibus, Iuxta quod inquit Psal ferationes mixta: Secundum multitudinem miserationum Dei, tuarum domine, &c. Vna tantum est Dei misericordia, Psal. 50. ricordia, non aliud quidē quā ipſe misericors. Sed multi ſunt eius* effectus qui miserationes Alias affe dicuntur. Vnde, Reminiscere miserationū tuas. etiā. rum domine & misericordiarū tuarū, quā a se Psal. 14. culo ſunt. Porrò cū ipſe Deus sit omnia in omnibus,

INNOCENTII. PP.

- bus, salus & præmium & gloria singulorum. Salus, inquit, populi ego sum. Quid eit quod dicit Partern aliquam & societatem donare digner
30. Matth.20. ris, Tanquam non omnes sint vnum eundem de-
 narium accepturi? Sanè licet vnum & idem sit
 præmium singulorum, videlicet ipse Deus, in
 cuius cognitione salus æterna consistit, secun-
 dum illud quod ipse dicit in euangelio: Hæc est
 vita æterna, quod cognoscant et verum Deum
 & quem misit Iesum Christum. Tamen secun-
 dum differentiam meritorum, alij plus, alij mi-
 nus diuina visione fruuntur. Nam itella differt
 à stella in claritate, propter quod ipse dominus
 Ioan.14. ait: In domo patris mei mansiones multæ sunt.
 *Diony.c. Sicut vnas est sol, cuius lumine participant vni-
 3.eccle.hie uersi, alij plus abj minus, secundum differentiā
 rar. Chry intuentium.
 fo.hom.21 q De secunda commemoratione sanctorum.
 in act. Au.
 gu.tracta. CAPVT. IX.
 C Vm Ioanne, Stephano, Mathia, Barnaba,
 84.in loā. &c. in hac secunda commemoratione san-
 & lib.22. d' & toro ex magna parte supplentur, qui de pri-
 ciuit.c.10. mitiis sanctis deesse videbantur in prima. Sed
 Vvaldens. quare Ioannes repetitur, & Stephanus sociatus
 de sacra: Ioanni præmittitur Ma: hiæ ac Barnabæ? Sanè
 métal. tit. Ioannes in prima commoratione disponitur, &
 4.c.40. cum alijs numeratur propter dignitatem apo-
 Virginis stolatus. In hac autem commemoratione repeti-
 tas Ioannis tur, & cum Stephano sociatur, propter priuiles
 & Stepha giūm coelibatus. Virgines enim sunt, & sequun-
 ni. tur agnum quoq; ierit, & propterea cæteris
 Apoca.14. præmittuntur. Virginitas enim Ioannis inde ma-
 xime

LIBER. V.

117

ximè commendatur, quia Christus in cruce ma-
 trem discipulo virginem virgini cōmendauit.
 Ex illa hora accepit eam discipulus in suam. Ste Ioan. 19.
 phani verò virginitas ex eo maximè commen-
 dator, quia ipse est qui ab apostolis deputatus A&t.6.
 est ad ministeriū viduarum, & in hoc quod fœ-
 minis est præpositus, testimonium meruerit syn-
 cerasimæ castitatis. Posset autem non Euange: Ioánes Ba-
 lista, sed Baptista Ioannes intelligi, nisi præmiti prista-
 teretur, cum tuissancis apostolis ac martyrib⁹.
 Vnde coniicitur, quòd apostoli tantum ac mars-
 tyres subnotentur, quanuis Ioánes Baptista me-
 rito inter martyres posuit numerari. Non exti-
 mator meriti, quia non secundum exigentiam
 meritorū retribuis, sed minus puniendo, vel ma-
 gis remunerando, quām quisque meruerit. Vn:
 de: Non secundum peccata nostra facias nobis. Psal.102.
 Et alibi. Mensuram bonam, confertam, & coagi-
 tatum, & supereffluentem dabunt in sinum ve-
 strum:

Per quem hęc omnia domine:
 semper bona creas: sancti ✽ fi-
 cas: viui ✽ ficas, bene ✽ dicis, &
 præstas nobis. Per ip ✽ sum, & cū
 ip ✽ so, & in ip ✽ so: est tibi Deo
 patri ✽ omnipotenti: in vnitate
 spūs ✽ sancti oīs honor & gloria.
 q De

INNOCENTII. PP.

*Videstis ¶ De signis, quæ quinto loco fiunt super corpus monia in & sanguinem, & in latere calicis.

CAPVT. X.

prima an:
not.c.5.hu
Ioan.1.
Gene.1.
¶ Er quem hæc omnia domine semper bona ius lib. creas. Nam per eum omnia facta sunt, & si ne ipso factum est nihil. Et vedit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Creas ergo cō dendo naturam, & sanctificas consecrando ma teriam, viuificas transsubstatiando creaturam, & benedicis accumulando grātiā. Est autem simplex pro nominis demonstratio, sicut tēpus verbi confusum. Nam præsens confusum p̄fētis non tenet v̄sum. Hæc enim omnia, id est, pa nem & vinum & aquam semper bona creas, secundum causas primordiales, & sanctificas secū dum causas sacramentales, viuificas ut transfeat in carnem & sanguinem, & benedicis, ut confes rant charitatem & vnitatem. Per ipsum tanquam per mediatorē, cum ipso, tanquam cum aqua li, in ipso tanquam in consubstantiali. In patre quippe notatur auctoritas, in filio æqualitas, in spiritu sancto communitas. Auctoritas in patre propter principium. Aequalitas in filio propter Addo*ter mediū. Communitas in spiritu sancto propter tia &. consortium* Sexta hora crucifixus est domin⁹, Marc.13. hora tertia linguis Iudeorum, quod narrat Mar. Ioan.19. cus: hora sexta manibus gētiliūm, quod narrat Luc. 23. Ioannes. Et circa horam nonam inclinato capi Tres cruces tradidit spiritum. Ad recolendam verò crucifixionē, quæ hora tertia facta est linguis Iudeos Iterū tres rum ter clamantium crucifige, crucifige eū, & cruces. rursus tolle tolle crucifige eum. Sacerdos facit tres

tres cruces super oblatam & calicem, cum dicit: Sanctificas, viuificas, & benedicis. Ad recolen dam verò crucifixionē, quæ post interuallum trium horarū facta est manibus gentilium, Milesites enim crucifixerunt Iesum, sacerdos iterum facit tres cruces cum hostia super calicem dicendo, per ipsum, & cum ipso, & in ipso. Postmodū autem ad designandam diuisionē carnis & animæ domini morientis, facit duas cruces in ore calicis cum dicit: Tibi Deo patri omnipotenti, in unitate spiritus sancti. Cum enim in Christo, tres sunt unitæ substanzie, videlicet diuinitas, corpus & anima: duas tantū, id est, corpus & anima: fuerunt in morte diuise. Nā diuinitas à neutra est diuisa, & separata, propterea non tribus crucibus, sed duabus mors domini designatur. Duæ crucibus morte ces dñi desiderantur. ¶ De extensione manuum Salua toris in cruce.

CAPVT. XI.

Sacerdos igitur super mensam altaris manus sextendit, quia Christus super arā crucis manus expandit, secundum illud propheti: Ex Eſai.65. pandi manus meas ad populum non credētem mihi, subtilius tamen atque profundius hoc pos sumus figurare.

¶ De tribus cruciatibus quos Christus sustinuit.

CAPVT. XII.

Tres quippe cruces significant tres crucia: Passio pro tus, quos Christus in cruce sustinuit, videlicet passio & et passionem, propassionem, & compassionē. compassio Passionem in corpore, propassionem in mente, in Chro come

INNOCENTII PP.

LIB R. V.

119

- Thren. i.** compassionem in corde. De passione corporis ait dominus per prophetam, O vos omnes, qui transitis per viam, attendite & videte, si est dolor sicut dolor meus. Foderunt manus meas & pedes theos, & di numerauerunt omnia ossa mea. De propassione mentis dominus inquit apostolus Matth. 26. lis: Tristis est anima mea usque ad mortem. Coe-
Marc. 14. pit Iesus paucere & tardere, coepit contristari & moestus esse. Ex compassione cordis pro crucifixione xoribus orauit ad patrem: Pater (inquit) ignoscere illis quia nesciunt quid faciunt. Si enim cognovissent, nunquam dominum gloriae crucifixissent. deo vero sacerdos facit has tres cruces cum hostia super calicem, quia Christus sustinuit huiusmodi cruciatus in corpore super patibulum, per calicem enim passio designatur, secundum illud quod ipse dominus ait: Domine pater, si sic si potest transeat a me calix iste.

¶ De aqua & sanguine quæ de latere
Christi fluxerunt.

CAPVT. XIII.

- Ioan. 19.** Væ vero cruces, quas facit sacerdos in latere calicis, designant duo sacramenta quæ de latere domini profluxerunt, videlicet aqua regenerationis, & sanguis redēptionis, iuxta testimonium Ioannis dicens: Unus militum lancea latus eius aperuit, & cōtinuo exiuit sanguis & aqua.

¶ Descissione veli.

CAP V T. XIV.

- Matth. 37.** Corporale desuper calicē remouetur, quia velum tēpli scissum est à summo usque deorsum.

sum. Imò quod de illo scriptum fuerat, hactenus clausum erat, sicut dicitur de quibusdam. Et illud verbum erat absconditum ab eis vbi cōf. Luc. 18. summatum etiam reuelatum est. Nam lignum Exo. 15. missum in Marath, aquas dulcorauit amaras.

¶ De sepultura Christi & sacrificij exaltatione.

CAP V T. XV.

Tunc accedit Diaconus, & exaltatum aliquā tumulū sacrificium de altari, tam ipse quam Addo. sacerdos deponit: Quia venit Ioseph de Arima quod. thia, venit & Nicodemus, & impetratū à Pilato Luc. 23. corpus Iesu deponentes sepelierunt. Ioh. 19. ¶ De saxo aduoluto ad ostium monumēti.

CAP V T. XVI.

Et quia ille aduoluit saxum magnū ad ostium Matth. 15. nonumenti, Diaconus super os calicis corporale reponit.

¶ Ostenditur quare Diaconus mensam alta-
ris & armum Pontificis osculatur.

CAP V T. XVII.

Via vero in pace factus est locus eius, Dia Psal. 75. conus osculatur mensam altaris. Et quia Esaï. 9.

Quoniam osculatur mensam altaris. factus est principatus super humerū eius, diaconus armum pontificis osculatur, vt in utraq; significet Christū, & quieuisse post mortem, & vicisse post mortem, iuxtra quod ipse prae: dixit in psalmo: In pace in id ipsum dormiā & re Psal. 4. quiescam. Et alibi: O mors ero morstua, morsus Ose. 13. tuus ero inferne. Christus enim per mortē triū. I. Cor. 15. phauit de morte. Nam quia est obediens usque Philip. 2. ad mortem, mortem autē crucis. Idecirco Deus

S exalta-

INNOCENTII PP.

Ioan.19. exaltauit illum, &c. Hoc ipsum figurauit quod Christus sibi crucem super humerū baralauit.
¶ Epilogus de numero & oratione signorum quæ sunt super oblatam & calicem.

CAPUT. XVIII.

Septē vici **S**acrificium itaq; septem vicibus signatur in bus signa: **C**anone. Prima vice ter, vbi dici: Hęc dona: tur cruce hęc munera, hęc sancta sacrificia illibata. Pro: sacrificiū ppter ternam Christi traditionem, quæ facta est à Deo, à Iuda, à Iudeo. Secunda vice quinque, vbi dicitur: Quam oblationem tu Deus digne: ris facere benedictam, ascrip: a n, ratam, vt fiat corpus & sanguis propter quinq; personas, yen: ditoris, venditi & emptorem, vñ le iacet sacerdo: tū & scribarū & pharisaeorum. Tertia vice bis, vbi dicitur: accipiens Iesum panem, benedixit ac fregit, deditque discipulis. Similiter & hunc p̄e: clarum calicem. Item tibi gratias agens benedi: xit: propter benedictionem panis qui transsub: stantia tur in carnem, & vini quo transsubstani: tiatur in sanguinem. Quarta vice quinque, vbi dicitur: Hostiam puram, hostiam sanctam, ho: stiam immaculatam, panem sanctum vitæ & e: næ, & calice in salutis perpetua. Propter quinq; diuersas plagas, duas manuum, totidemque pe: dim, & vnam lateris. Quinta vice bis, vbi dici: tur: Sacrosanctum filij tui corpus & sanguinem, propter vincula quibus ligatum est corpus, & flagella quibus allitus est sanguis. Sexta vice ter vbi dicitur. Sancticas, viuicas, & benedictis, propter crucifixionem quæ facta est hora ter: tia linguis Iudeorum, ter clamantium crucifis: ge eum

LIBER. V.

130

ge eum. Septima vice quinques, vbi dicitur: VII. Per ipsum, & cum ipso, & in ipso est tibi Deo patri omnipotenti, in unitate spiritus sancti. Ter super calicem, propter tres cruciatus quos Christus sustinuit, passionis, propassionis, & compassionis. Et bis in latere calicis, propter aquam & sanguinem, quæ de latere Christi flu: xerunt. Inter has septem vices sacrificium signa Mysteriū tur vicibus duabus bis, & duabus vicibus ter, & numeris duabus vicibus quinque, septima bis & ter, si mul omnibus quinque quinque, quæ sunt si mul vigintiquinque, qui numerus per se dictus semper in seipsum reducitur in infinitum. Quan: tumlibet enim multiplicetur eucharistie sacra: mentum semper et idem sacrificium. In hoc etiam sacramento quinque sensus corporis exer: centur, visus, auditus, odoratus, gustus, & tactus. Circa colorem, saporem, odorem, fra: ctionem, & sumptuosaem. Si tamen caro pro: cedat in spiritum, quia spiritus est qui vivificat, Ioan.6. caro non prodest quicquam. Ut quinque sen: sus animæ spirituales exuberent, visus intelligē sensus. tactus, auditus obedientiae, odoratus discretionis, gustus delectationis, & tactus operis. De quis: bus reperitur in euangelio: Domine quinque Matth.25: talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque super: lucratus sum. Sed & binarius & ternarius bene Binarius & congruant sacramento. Binarius, propter car: ternarius. nem & sanguinem. Ternarius, propter panem, & vinum, & aquam. Binarius, propter dupli: cem modum edendi, sacramentalē sub specie panis, & spiritualem in fide cordis. Ternarius

Propter tria quæ sunt in hoc sacramento disser-
ta, videlicet forma visibilis, veritas corporis, &
virtus spiritualis. Forma panis & vini, veritas
carnis & sanguinis, & virtus unitatis & charita-
tis, ut ita ternarius per binarium, id est, fides tri-
nitatis per dilectionem Dei & proximi operetur.

¶ De vocis expressione & pe-
toris tensione.

CAPVT. XIX.

NON solù autem crucis impressio, verum etiā vo-
cis expressio, quæ sunt iuxta crucem, insinuat
Cum enim ad id ventum est: Nobis quoq; pecca-
toribus famulis tuis, sacerdos paululum expre-
sa voce percuesso pectora silentium interrupit,
representans contritionem & confessionem la-
tronis, in illo passionis dominicæ articulo incre-
pantibus alterum & dicentis: Nos digna factis re-
cipimus, hic verò nihil mali gescit, & dicebat ad
Iesum: Domine memento mei dum veneris in
regnū tuum, propter quod dixit illi Iesus: Amé-
dico tibi, hodie tecum eris in paradiſo. Vel per
exaltationem vocis & percussionem pectoris ex-
primitur illud quod Cētūrio & qui cum eo erat
vivis his quæ siebant, timuerunt valde, dicentes:

Lue. 23.

Matth. 27. Verè filius Dei erat iste. Et omnis turba quæ si-
mul aderant ad spectaculum istud percutientes
pectoris sua reuertebantur. Quia Iesus verò cla-
más voce magna, tradidit spiritum, leuat sacer-
dos vocem dicendo. Per omnia secula seculorū.
Et quia mulieres lamentabantur flentes domi-
num, Chorus quasi lamentando respondit: A-
men. Representans fideles qui dominum contri-

to cor

to corde lamentabantur ac lugebāt, velut quō
dam Abel inuidi fratri furore parentes eius la-
mētabātur occisum. Iesus ergo voce magna clas-
mavit: Pater in manus tuas commendo spiritū
meum, & sacerdos eleuata voce pronuntiat, Pa-
ter noster qui es in cœlis.

PATER noster qui es in cœlis san-
ctificetur nomē tuum. Adue-
niat regnum tuum. Fiat voluntas
tua sicut in cœlo & in terra. Panem
nostrum quotidianū da nobis ho-
die. Et dimitte nobis debita nostra
sicut & nos dimittimus debitori-
bus nostris. Et ne nos inducas in
tentationem. Sed libera nos à ma-
lo. Amen.

¶ De oratione dominica, vbi agitur de dignitate
te orationis, & ad quid valeat.

CAPVT. XX.

HAEC oratio multis excusis, ceteris ora-
tionibus antecellit, auctoritate doctoris, Hæc obo-
breuitate sermonis, sufficientia petitionum, & in qua uox
fœcunditate mysteriorum. Auctoritate docto- excellit cę-
ris, quia fuit ipsius ore prolata. Os enim domi- teras ocs.
ni locutum est. Breuitate sermonis, quia facile

§ 3

dicti

* Ofo dñi
ca in acrisi
cio Missæ.
Hierol. lib.
3. cōtra Pe-
lag. Augu-
in ser. devi-
gi. paschæ.
Vval. defa-
cramētal.
tit. 4. c. 41.
explicatio
eius in Cy-
priani tra-
cta. de eas-
dem. & D
Th. 2. 2. q.
83. ar. 9. Au-
gu. epi. 121.
ad Probā.

Matth. 6. dicitur & profertur. Cum (inquit) oratis nō olite multum loqui, sicut ethnici faciunt. Sufficiētia petitionum, quoniam vtriusq; vitæ continet ne
1. Tim. 4. cessaſia. Pietas enim promiſſionem habet vitæ quæ nunc est & futura. Fecunditate mysterioſa Dan. 12. rum, quoniam immensa continet sacramenta,

Quare pertransibunt enim plurimi, & multiplex erit vult Deus scientia. Scit autem dominus, quid velimus, sed nos orare vult nos orare vocaliter pro excitanda deuotio. tione. Quia quod facit flatus carboni, hoc facit vocaliter. Psal. 65. pronuntiatio deuotioni. Vnde, Ad ipsum ore clamaui, & exaltaui sub lingua mea. Pro aliorū inſtructione, vt cortina cortinā trahat, & qui au-

Matt. 5. dit, dicat veni. Vnde, lux vestra luceat corā ho-

minib⁹. Pro lingue obsequio, vt quia lingua pec-

Roma. 6. casus, ſatisfaciamus lingua. Vnde, Sicut exhibuitis membra vestra seruire iniquitati ad ini-
quitatē, ita exhibeatis ea seruire iustitię in ſan-
ctificationem. Pro rei petendae obtentione, quia facilius obtineatur, quod instantius postulatur.

Matth. 7. Vnde, Petite & accipietis, pulsate & aperietur vobis. Pro impetratę rei custodia, quia quod ſe-

Apoca. 3. pius requiritur, diligētius custoditur. Vnde, Te- ne quod habes, ne alius accipiat coronam tuā.

Pro quib⁹ Oratur autem & pro bonis adipiscendis, & pro bonis orā malis vitanidis. Pro bonis temporalibus ſpirituadum est, libis, & æternis. Pro malis præteritis præſentibus & futuris. De bonis æternis. Adueniat re- gnum tuum. De ſpiritualibus, Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra. De temporalibus. Panē noſtrū quotidianū da nobis hodie. Aeter na- petutur in præmiū, ſpiritualia petuntur in meritū.

Tempo-

Temporalia petuntur in ſuſtētaculum. De ma- lis præteritis, Dimitte nobis debita nōstra. De præſentibus, Libera nos à malo. De futuris, Ne nos inducas in tentationem. Præterita ſunt do- lenda, præſentia ſunt vincenda, futura ſunt pra- cauenda.

¶ De numero petitionū & ordine.

CAPVT. X XI.

Septē ſunt petitiones orationis dominice pre- **Duplex**.
Ster capitationem benevolentiae, quarum tres ordo, ſcili primæ ſpectant ad patriam, tres ultimæ ad viā, iicet tem- Media verò pertinet ad vtranque. Porro tres poris & di- primæ ſuccedunt ordine temporis, ſed præcedunt gni- tatus. Ordine dignitatis. Tres ultimæ ſuccedunt or- dine dignitatis, ſed præcedunt ordine tempo- ris. Dominus autem in oratione ſecutus eſt or- dinem dignitatis qui eſt artificialis, vt de maiori- bus ad minora deſcendat. Doctores in expo- ſitione ſequuntur ordinem temporis, qui eſt na- turalis, vt de minoribus ad maiora condeſcen- dant, id eſt de temporalibus ad æterna.

¶ De adaptatione septem peti-
tum & septem donorum.

CAPVT. XX II.

FIT autem hic adaptatio septem peti- **VII. dona**
tum & ſeptem donorum, ſeptem virtutum, & ſeptem beatitudinum, contra ſeptem vitia ca- pitalia. Nam dona petiſſinibus, virtutes donis, & beatitudines virtutibus obtinentur. Septem dona ſunt iſta: Sapientia, intellectus, conſilium, fortitudo, ſcientia, pietas & timor, de quibus inquit propheta. Requiescat ſuper eum ſpiritus Eſa. 11.

- domini, spiritus sapientiae & intellectus, spiritus confilij & fortitudinis, spiritus scientiae & pie
VII. virtutes, & replebit eum spiritus timoris domini. Se
tes. ptem autem virtutes sunt hec, paupertas spiritus,
mansuetudo, luctus, esuries iustitiae, misericordia
VII. beati dia, mundicia cordis, & pax. Septem autem bea
tudines. titudines iste sunt. Regnum calorum, possessio
terræ, consolatio, saturitas, misericordia, confe
cutio, visio Dei, & filiatio Dei. De quibus cōjun
Matth. 5. cū ait dominus. Beati pauperes spiritu, quo
niam ipsorum est regnum cœlorum. Beati mi
tes, quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui
ludent, quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui esu
riunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi satura
buntur. Beati misericordes, quoniam misericor
diam consequentur. Beati mundo corde, quo
niam Deum videbunt. Beati pacifici, quoniam
VII. vitia. filii Dei vocabuntur. Hæc autem sunt septem vi
tia principalia: inanis gloria, ira, inuidia, acidia
avaritia, gula, luxuria. Quæ significata fuerunt
in septem populis qui terram Israël promissam.
Deut. 7. tenebant, videlicet Etheus, Gergeus, Amo
reus, Cananeus, Phereus, Eneus, & lebuseus.
Homo igitur est ægrotus, & Deus medicus, vi
tia sunt languores, & petitiones sunt planctus,
dona sunt antidota, & virtutes sunt sanitates,
beatitudines vero sunt felicitates & gaudia.

¶ De captatione benevolentiae.
CAPVT. XX III.

Addo* est Pater noster qui es in cœlis, &c. Deus* genera
pater. Pliter & specialiter & singulariter. De* est pa
ter ges-

ter generaliter omnium per creationem, specia Deustria
liter iustorum per adoptionem, singulariter Christi pli citer est
sti per generationem. Per creationem ut ibi, *Fle pater.*
sto genua mea ad deum in patrem omnipotem: Ephes. 3.
tem, à quo omnis paternitas in cœlo & in terra
*nominatur. Per adoptionem ut ibi, *Si vos, cum Luc. 1.**
sitis in ali, nostis bona data dare filiis vestris, quā
to magis pater vester de cœlo dabit spiritum bo
num petentibus se? Per generationem, ut ibi, Matth. 11.
Nemo nouit filium nisi pater, neq; patrem nisi
filius, & cui voluerit filius reuelare. Per hoc au
*tem quod dicit, *Pater noster qui es in cœlis, de**
hortatur nos à duobus, à superbia ne dicamus,
Pater mihi, representantes proprium quod est co
mune. Ab indignitate, ne reddamur indignitati
to patri qui consistit in cœlis. Deus igitur solius Christus
*Christi pater est per naturam, cui soli licet com: ait, *Pater**
*petenter dicere, *Pater mihi. Fidelium autem pa: mi.**
*ter per gratiam, quibus competit dicere, *Pater Nost**
*autem noster. Ille dicit, *Pater mihi, si possibile est, trans**
*Pater noster hunc calicem à me. Iste dicunt, *Pater noster ster.**
qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum. Hinc Matth. 26.
*ipsem dicit, *Vado ad patrem meum & patrem**
*Ibid. 10. *vestrum. Meum per naturam, vestrum per gra**
tiam. Hortatur etiam nos ad duo, ad seruādam
*gratiam adoptionis, cum dicit, *Pater, & unione**
*fraternitatis, cum ait, *noster. Benevolentia ve**
rò captatur à tribus, à persona cognitoris, peti: tæ capta
toris, & afferoris. Cognitor enim est Deus, peti: tio.
homo, afferor est angelus. A persona cogni
*toris cum ait, *Pater, peti: tis, cum ait noster, af**
feroris cum ait, qui es in cœlis, id est, in angelis In cœlis.

INNOCENTII. PP.

- Psal.80. vel in sanctis, de quibus habetur. Cœli narrant gloriam Dei. Vnde nobis spes trahiatur, ut sanctos nos faciat vel in cœlis, il est, in secreto misericordie diuinæ, per quod datur fiducia obtinens di donum occultum, quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Dat ergo fiduciam impetrandi bonum. Vnde nō dicitur: Domine, cui seruitur in timore, sed pater cui seruitur amore, quasi diceret: quia Pateres, vis: gaudi in cœlis es, potes, ergo nos libera à malo.
- Efai.45. ¶ De triplici malo à quo petimus liberari.

C A P V T . X X I I I .

Triplex est malum à quo petimus liberari; innatum, additum, & infidetum. Primum contrahimus, secundum committimus, tertium sustinemus. Primum: est originale, secundum atrae, tertium pœnale. Malum autem vitamus per

Eccle.1. spiritum timoris. Nam, ut inquit scriptura, tis-
Triplex timor domini peccatum expellit. Porro triplex mor. est timor quo cessamus à malo, seruili, initialis, & filialis. Timore seruili cessamus à malo formidine pœpæ. Filiali timore cessamus à malo amore iustitiae. Initiali timore cessamus à m'lo' partim formidine pœpæ, partim amore iustitiae. Seruili timore est incipier tiū, initialis est proficien-

Spiritus timor, filialis est perficientium. Quasidiceretur, moris & Da nobis spiritum timoris & paupertatem spiri- paupertas tus, vt per spiritum timoris vitemus mala, per spiritus paupertatem spiritus abdicemus bona terrena, quatenus exclusis vitijs & contemptis terrenis, habemus æternam, scilicet regnum cœlorum, qd Lucifer & primi parentes per inanem gloriam amiserunt,

LIBER. V.

134

amiserunt, à qua nos retrahunt timor spiritus, paupertas & veritas. Duo verò sunt bona quæ paupertate spiritus abdicamus, interiora videlicet & exteriora. Interiora de illis corde non presumendo, exteriora cor illis non apponendo, secundum illud: Diutiae si affluant, nolite cor ap: Psal. 61. ponere. Illis ergo compressis, ne præsumamus, vel istis despctis ne deficiamus, regnum cœlorum consequimur, secundum illud: Beati paupe Matth. 5. res spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum, quod dæmones & homines per inanem gloriam amiserunt. Illi Dei similitudinem: isti Dei Inanis gloriæ inaniter apponēdo. Lucifer enim dicitur malū. xit: Ascendam in cœlum, & ponam sedem meam Elai. 14. ad aquilonem, & ero similis altissimo. Primitus autem paréribus dictum est: Eritis sicut dij scien Genes. 3. tes bonum & malum.

¶ De diuersis tentationibus, in quas petimus non induci. C A P . X X V .

Non nos inducas in temptationē. Tentat Deus, Triplex tentat homo, tentat diabolus. Deus tentat tentator. vt probet, homo tentat vt sciat, diabolus tentat vt fallat. De primo legitur: Tétauit Deus Abra Gene. 22. ham. De secundo dicitur. Tenta nos obsecro die Danie. 1. bus decem. De tertio legitur: Cur tentauit satha Actu. 5. nascor tuum? Porro duobus modis téramur, in: Interior terius & exteriorius. Interior per delectationē, ex: exteriorq; terius per suggestionem. Verum interior tentatio: tentatio parum obficit, & exterior multū proficit, si non consentiatur, sed resistatur. Scriptum est enim: Tentatio vos non apprehendat, nisi hu- 1. Cor. 10. mana, Rursus: Beatus vir qui suffert temptationē, laco. 1. quoniam

quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronā vitæ. Cum ergo circa consensum tentamur, du-
cimur in tentationem, cum consentimus, in ten-
tationem inducimur, sicut pescis, ante capturā
addo * du: in rete. * Cum autem inducitur, capitur & tene-
citur, tunc impletur quod Iacobus apostolus ait:
Iacob. i. vnuſquisq; tentatur à concupiscentia sua abſtra-
ctus & illeſtus, deinde quum concupiscentia cō-
ceperit, parit peccatum: peccatum verò quum
consummatum fuerit, generat mortem. Porrò

Quomo: cum idem Apostolus dicat, quia Deus est inten-
do De⁹ est tator malorum, quid est quod petimus, ne Deus
intentator nos in tentationem inducat? Sed Deus quodam-
modo tentat, & Deus quodammodo non tētat.
Pſalm. 15. Tentat vt probet, secundum illud: Proba me
Deus, & tenta cor meum. Non tentat vt fallat, se-

Iacob. i. cundum illud: Deus neminem tentat. Petimus
ergo ne Deus nos in tentationem inducat, id est,

Amos. 3. ne permittat induci, sicut dicitur. Quod non est
malum in ciuitate quod dominus non faciat, id

1. Cor. 10. est, fieri non permittat. Scriptum est enim: Fide-

lis est Deus, qui non patietur vos tentari supra
addo * di: id quod potestis. * Quasi, Da nobis spiritum pie-
camus.

Spiritus ad pietatem. Et per mansuetudinem spiritus vin-
pietatis & camus iram, non reddendo malum pro malo, vt
mansuetu: ita possideamus terram viuentū, quam per spi-
ritum pietatis & mansuetudinis obtinebimus.

i. Tim. 4. Nam pietas promissionem habet vitæ quæ nūc
Matth. 5. est, & futuræ. Et beati mites, quoniam ipsi possi-

Pſalm. 26. debunt terram. Vnde Psalmista: Mansueti aus-
tem

tem possidebunt terrā, & delectabuntur in mul-
titudine pacis.

¶ De tribus debitibus, quæ petimus nobis dimitti.

C A P V T . X X V I .

D Ebita dicuntur peccata, quæ nos debitores Debita of-
pœnæ constituunt. Non enim hic agitur fensarum.
de debitis pecuniarum, sed de debitis offensa-
rum. Tria verò sunt debita quæ petimus nobis
dimitti, videlicet peccatum in Deum, peccatum
in proximum, & peccatum in nosipſos. Vnde, Pſal. 105.

Peccauimus cum patribus nostris, in Deum: in-
iustè egimus, in proximum: iniquitatē fecimus,
in nosipſos. Sed quia peccamus in Deum, idcir-
eo petimus vt ipſe dimittat nobis debita noſtra.

Quia peccamus in proximos, idè petimus, vt
dimittat nobis sicut & nos dimittimus debitori

bus nostris. Hoc pacto & ea cautione nobis de: Si non di-
bita dimittitur, si nos debitoribus dimittimus, mittim⁹ re-
alloquin etiam dimissa reuocantur in debitum, uocantur
secundum illud: Serue nequam, omne debitum peccata di-
misi tibi, quoniam rogasti me: nonne ergo missa.

oportuit & te misereri conseruo tuo, sicut & Matth. 18.

ego tui misertus sum? Et iratus dominus eius,
tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet
vniuersum debitum. Sic & pater meus cœlestis
faciet vobis, si non dimiseritis vnuſquisq; fratri
suo de cordibus suis. Vt ergo dominus euident-
ter ostenderet quod nullus rotius orationis fru-
tus est, nisi debitoribus dimittamus, in fine sub-
iunxit ad omnia. Si dimiseritis hominibus pec-
cata eorum, dimittet vobis pater vester cœlestis
delicta vestra, Si autem non dimiseritis homini
bus

bus peccata eorum, nec pater vester cœlestis dicit mittet vobis peccata vestra. His ergo qui debitoribus non dimittunt, hæc oratio non videtur prodesse, quoniam videtur obesse. Nam qui sic petit sibi dimitti, sicut debitoribus suis ipse dimittit, profectò si non dimittit ipse debitoribus suis, videtur sibi petere, ut sibi non dimittatur.

Quomo: Quid ergo debet illi dimittere, qui nec satisfacit do dimittēre vult nec veniam postulare? Sanè distingendum est ei dum est inter perfectum & imperfectum. Is qui qui veniam viam perfectionis arripuit, debet etiam non petere nisi petit, tertiè veniam omnibus modis indulgere. Qui vero nondum perfectionis votum assumpsit, tenetur quidem rancorem cordis deponere, sed non tenetur satisfactionem debitā condonare. Quia quā omnes teneamur vniuersaliter diligere inimicos nostros, & benefacere his qui oderūt nos & orare pro persequentibus & calumniantibus nos. Quia verò sunt quædā culpæ, in quibus cùb' paest, relaxare vindicta, Et si peccatum in nos teneamur dimittere, peccatum tamen in Deum & peccatum in proximū debemus punire. Quis quis ergo laborat odio, vel inuidia, grauat magis hac oratione, q̄ adiuuetur, nisi forte iam pro

Luc.6. Oramus positum habeat dimittendi. Veruntamen nō in singuli in sua quisq; sed in totius ecclesiæ persona videtur persona ecclorare. Vnde nō dicit: Dimitte mihi debita mea, ecclorae. sicut ego dimittit debitoribus meis, sed dicit: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quia in tamen etiam volunt intelligi, dimitte nobis, &c. i. sic dimittit nobis debita nostra, ut & nos dimittamus debitoribus

toribus nostris, quasi da nobis donum & scientiam, & luctum, & virtutē, quatenus tam nostra quam aliena peccata cognoscamus & deseam⁹, vt nobis debita nostra dimittas, & ita cōsolatio n̄m habebimus aduersus inuidiam, quæ facit hominem de alieno bono tabescere. Per scientiam enim & luctum & in præsenti remissionē accipimus, & in futuro consolationem habebimus, juxta quod legitur: A delicto meo munda Psal. 50: me, quoniam iniuriam meā ego cognosco.

Et beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur, Matth. 5. Luctus autē distinguitur in irriguam superius Luctus dum & inferius, quæ Caliph. Axæ filii suę dedit in duplex. tem. Inferius pro peccatis tam nostris quam alie losue. 15: nis. Vnde, Quis infirmatur, & ego nō infirmor? 2. Cor. 14: quia scandalizatur, & ego nō vror? Superius pro incolatu vita præsentis & desiderio vita cœlestis. Vnde: Cupio dissolui, & esse cū Christo. Sed Phil. 1: heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Psal. 119: q̄ De quinq; panibus quos petimus nobis dari.

C A P V T. X X V I I .
Panem nostrum, &c. Quinque panes sunt nobis necessarij, quatuor in via, & quintus in patria. Corporalis, spiritualis, doctrinalis, sacramentalis, & æternalis. Corporalis verò ad sustentationem, spiritualis ad informationem, doctrinalis ad eruditionem, sacramentalis ad expiationem, æternalis ad fruitionem. De primo. Nō in so Matth. 15: lo pane viuit homo. De secundo, Amice cōmoda Luc. 11: mihi tres panes. De tertio, Venite, comedite pa. Prou. 9: nem meū. De quarto, Qui pane in domini mādu. 1. Cor. 11: cat indignè, reus erit corporis domini. De quinto,

Ioan.6. to, Ego sum panis viuus qui de celo descendit. Cum enim homo fuerit liberatus a malo, cum vicerit tentationes, cum fuerint dimissa peccata, necessarius est ei spiritus fortitudinis: ne pra-

Panem non mihi expectando deficit. Et ideo dicit: Panem strum, i. no nostrum quotidianum da nobis, id est, nobis quibus necessaria tidie necessaria. Alioquin quod nostrum esset, rium.

nobis dari non posset, nisi prius desineret esse nostrum. Da nobis hodie, quasi dicat, da nobis spiritum fortitudinis, qui multiplici pane roboret animam ne deficiamus in praesenti, esuriendo iustitiam, per quam expellentes acidiam plena iustitia saturabimur in futuro, secundum illud: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi

Matth.5. saturabuntur. Matthaeus dicit, panem nostrum Panis super substantialem, quod duobus modis potest persubstas intelligi. Vel ut una sit dictio, vel ut duas sint distinctiones, quasi. * Panem da nobis super substantiam addo * dicit, Christum qui est super substantiam camus.

camus super omnes substancias, qui panis est in altari, Vel ita, Da nobis panem nostrum, id est, Christum, qui proprius cibus est fidelium, & hoc super panem, id est, preter panem substantialem, id est, necessarium ad sustentationem, quasi dicit, Da nobis utrumque panem, mentis & corporis. Lucas dicit: Panem nostrum quotidianum, quod tam de corporali quam de sacramentali pane potest intelligi, videlicet de viatico. Græcus habet epusion, quod interpretatur supersubstantialem. Hebreus vero fogolla, quod interpretabitur egregium, vel peculiarem, ob hoc forte Lucas videns Matthæum fogolla dixisse, quod so-

nat

nat peculiarem, dixit quotidianum. Græcus autem interpres Matthæi, quia videt eum dixisse fogolla quod sonat egregium, dicit epusion, id est, supersubstantiale.

¶ De voluntate Dei, quam in terra sicut in celo fieri postulamus.

CAP. XVIII.

Fiat voluntas tua. Voluntas Dei dupliciter intelligitur, & beneplacitum Dei aeternum, & signum beneplaciti temporale. Beneplacitum Dei semper impletur. Vnde: Voluntati eius quis Roma, 8, resistet? & omnia quecumque voluit dominus, fe: Psal. 113. cit in celo & in terra. Signa beneplaciti quinque: Quinque, sunt, Preceptio, prohibitio, promissio, consilium, neplacitum & operatio. Vnde: Magna opera domini: ex qui signa, sita in omnes voluntates eius. Hæc non semper Psal. 110. impletur, sed ut impleantur oratur, Fiat voluntas tua, id est, opere compleatur, quod præcipit, quod consulit, quod suades. Quia non sufficit voluntas ubi adest facultas. Sicut in celo & in terra. Sicut in terra, id est, sicut in angelis, ita in hominibus. Vel celo & in sicut in perfectis, ita & in conuersis. Velsicut in terra. Christo, ita & in Ecclesia. Velsicut in mente, ita pariter & in carne, ut caro non concupiscat aduersus spiritum, secundum illud. Cor meum & Psalm, 83. caro mea exultauit in Deum vivum. Q.d. Da nobis spiritum consilij, ut faciamus voluntatem tuam, maximè misericordiam quæ perimit auaritiam, quatenus misericordiam consequamur, secundum illud: Beati misericordes, quoniam Matth. 5. ipsi misericordiam consequentur. Sicut enim auaritia consistit in acquirendo & retinendo, T. ita,

ita misericordia consistit in dando & dimittendo.

Perfecta do. Huius petitionis & aliarum duarum in apostolo dilectio initio inchoatur in via, & consummatur in patria, patria. Ibi nihil velle poterimus, nisi quod Deum velle

sciemus, tunc diligemus Deum ex toto corde, & ex tota mente, & ex tota anima. Ex corde, id est, intellectu, diligemus filium, toto, id est, sine errore. Ex mente, id est, memoria diligemus patrem, toto, id est, sine obliuione. Ex anima, id est, voluntate, diligemus spiritum sanctum, toto, id est, sine contrarietate, patrem potentiam, filium sapientiam, spiritum sanctum benignitatem.

¶ De regno Dei, quod petimus aduenire.

C A P V T. X X I X .

Regnum **A**dueniat regnum tuum. Regnum Dei dicitur variè. At tur militans ecclesia, quia regitur, & triumphans ecclesia, quia regnat. Item regnum Dei dicitur & gratia fidei & gloria speciei. Rursus regnum Dei dicitur intellectus scripturae & locus patris. De regno militantis ecclesiae scriptum est: Exibunt angeli messores, & colligent de regno eius omnia scandala. De regno triumphantis ecclesiae reperitur. Venient & recumbent cum Abraham, Isaac & Iacob in regno celorum. De regno fidei dicit scriptura: Regnum Dei intravos est. De regno speciei dominus ait: Percepistis te regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. De regno scripturæ legitur: Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. De regno patris reperitur: Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. Sed & ipse Christus dicitur regnum Dei secundum illud,

Ibid. 8.

Luc. 17.

Matth. 25.

Ibid. 21.

Ibid. 13.

Iud. Si ego in dige^to Dei ejcio dæmonia, profectus ibid. 14. peruenit in vos regnum Dei. Adueniat igitur regnum tuum, id est, veniat regnum ad regnum tuum, militans ad triumphans, id est, regnum tuum adueniat, id est, ad videndum te veniat, ut regnum in fidei ad regnum transeat speciei, quoniam in hac est vita æterna, ut cognoscant te foliū Ioan. 12. verum Deum, & quem misisti Iesum Christum, quasi dicerer: Da nobis spiritū intellectus, quo mundati corde, intelligamus te in præsenti res cogitare perfidē, ut in futuro te videamus regnante in nobis per speciem. Quod est contra gloriam, de qua dicit propheta: Quia vinum & ebrie^s Ose. 4. tas auferunt cor. Tunc cognoscemus sicut & co*sc*i. Cor. 3. geniti sumus, videntes non per speculum in æni- gmate. Sed tunc facie ad faciem videbimus Deum Deorum in Sion.

¶ De sanctificatione nominis. C A P. XXX.

Sanctificetur nomen tuum. Nomen patris quia. Sanctifice stutur sanctificatur modis in filiis, duobus in tur nomē via, & duobus in patria. In via per efficientiam patris, in & perseverantiam. In patria per consummationem filiis, tum nem & ostensionem. In via namq; nomen patris invia, tum sanctificatur in filiis, quando sanctificationis est in patria. festum operatur in eis, vel quando sanctificationis est in filiis, quam acceperunt in nomine patris perseverat in illis. In patria vero nomen patris sanctificatur in filiis, quiā sanctitur & confirmatur in eis, ut nūquam possintā filiationis gratia separari. Hinc enim quasi mobile manet, nomē patris in filiis. Nam & Iudas quandoq; fuit filius, quandoq; non fuit. Pro qua possibilitate manēdi dixit T. 2 apostolus,

I N N O C E N T I I . P P.

- i.Cor.9. apostolus, Castigo corpus meum & in servitū tem redigo, ne fortè cum alijs prædicauero, ipse reprobis efficiar. Ibiq; nomen patris sanctificatur in filijs, quia tales ibi sunt filij, in quibus pater sanctus appetet, tunc erūt manifesti qui nūc sunt occulti secundum illud: Nos insensati vitam illorum estimabamus insaniam, & finem illorū sine honore. Ecce quomodo computatis sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum est.
- Sapien.5. Spiritus sapientiae dicatur à sapore, id est, iucunditatem internam, ut gustemus quam suavis est dominus, generantem in nobis pacem, id est, motuum interiorum quietem, ut caro non cōcupiscat aduersus spiritum, quia non est pax ossibus à facie peccatorū, ut ita sanctificetur nōmē tuū, i.e. pater in filijs quem in præsenti difficile, in futuro nequaquam à filiationis gratia separantur. Quod est manifeste contra luxuriam, qua qui laborat non iocundatur in Deo, id est, pacem Dei non habet, filius Dei non est, sed iumento assimilatur, quia quasi iumentum in stercore suo computrēscit.
- Galat.5. Psalm.37. Iocel.1.

De dupli ordine. C A P. X X X I.

- Duplex ordo peti- **V**erum duplex est ordo notandus in oratione dominica, vnuſ in descendendo, qui cōtioneum in cordat cum donis: Et alter in ascendendo, qui orōneista, concordat vel conuenit cum virtutibus. Dona Esa. ii. nanq; de summis ad ima descendunt. Vnde, Requiescat super eum spiritus sapientiae & intellectus, &c. Virtutes autem de imis ad summa conſecidunt. Vnde beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Beati mites. &c.

Homo

L I B E R . V.

139

Homo siquidem multis malis circundatus, primo petit ut liberetur à malo, quia verò tentatio Job.7. est vita hominis super terram. Liberatus à malo petit ut in temptationem nō inducatur. Et quia dum in hac vita consistit semper est in aliquo peccato. Nam si dixerimus quod peccatum non habemus, nos ipsoſ seducimus, & veritas in nobis non est. Ideo petit ut debita dimittantur. Cum autem fuerit liberatus à malo, cum vicerit temptationes, cū debita fuerint dimissa, quia perse stare non potest, ne diu expectando deficiat, petit ut ſibi panis quotidianus donetur. Deinde cum fuerit liberatus à malis & roboratus in bonis, petit ut fiat voluntas Dei, ſicut in cœlo & in terra. Quæ quoniam in hac vita perfectè fieri non potest, mox petit ut regnum adueniat, in quo nomē patris sanctificetur in filio, ut nūquā de cætero poſſint à iustificationis gratia separari. Amen. Hebræus vnum ex his tribus ponit in fine, Amen, Sela Sale, quæ ſonant, verè, ſemper, Amen. Ses pacē. Beatus Gregorius orationem dominicam la Sale. post canonem ſuper hostiam censuit recitari.

Libera nos quæ ſumus domine ab omnibus malis, præteritis, præſentibus, & futuris: & intercedente beata & glorioſa ſemperq; virgine Dei genitricē Maria, & beatis apostolis tuis Petro & Pau-

T 3 lo,

lo, atq; Andræ: cū oib[us] sanctis:
da ppitius pacē in dieb[us] nostris: vt
ope misericordiae tuæ adiuti: & à
peccato simus semper liberi: & ab
omni perturbatione securi. Per eū
dē dñm nostrū Iesum Christum fi
liū tuū. Qui tecum viuit & regnat
in vnitate spiritus sancti Deus.

¶ De silētio post ofonē dñicā. CAP. XXXII.

Quod h[ic] sequitur secrete silentium innuit
dñicā sepulturæ, mediæ sabbato, quo do-

minus in sepulchro quieuit. Vnde Lu-

Luc. 23. ca testante: Mulieres quæ parauerat vnguenta,

sabbato quidē siluerū secūdū mandatū, sed qui
in sepulchro secūdum carnē quieuit, secundum
animam descedit ad inferos, vt fortior superue-
niens fortem sp[iritu]laret armatum. Tūc ergo mo-
mordit inf[er]num, vt educeret suos vincitos de

Matth. 18. lacu, in quo non erat aqua, liberans eos à malis
præteritis, præsentibus & futuris. Et dans eis pa-

cem perpetuam, in qua sunt semper à peccato li-
beri, & à perturbatione securi. Hæc oratio, Libe-
ra nos, &c. Dicitur Embolismus, & est expōsitiō
nouissimæ petitionis orationis dominicæ.

CAPITVL A SEXTI LIBRI.

¶ De resumptione pacis, quam sacerdos acce-
piens

piens osculatur, & cum ea signum crucis si-
bi facit in facie. Vbi agitur de mulierib[us] do-
minum in sepulchro quarentibus.

2 De fractione hostie, cuius particulam sacerdos
mittit in calicem. Vbi agitur de reuolutione:
lapidis ab ostio monumenti, & de Chriſti re-
surrectione, & de apparitione quæ facta est.
duobus discipulis euntibus in Emmaus.

3 Quid significant partes illæ quæ sunt de sacri-
ficio, quarum duplex ratio assignatur.

4 De agnus Dei, vbi traditur cur tertio decante-
tur. Agitur de apparitione quæ facta est ia-
nus clausis, quando venit Iesus & stans in
medio, salutauit apostolos.

5 De osculo pacis quod ab ore sacerdotis accipi-
tur, & per ore figitur, & per fidiles diffun-
ditur. Vbi agitur de inflatione per spiritum
sanctum, quem dedit apostolis.

6 De diversis osculis quæ dantur in Missa.

7 Quod Episcopus Diacono & subdiacono com-
municat eucharistiam. Vbi agitur de eo
quod Christus post resurrectionem corā aposto-
lis māducavit sumensq[ue] reliquias dedit illis.

8 De ablutione manū post eucharistia sumptio-
nē. Vbi agit de ablutione baptismi, cui⁹ formā
post resurrectionē Christ⁹ instituit. Ex primis
etiam trina sacerdotis ablutione q[uod] facit in Missa.

T 4 Quod

- 9 Quod Romanus pontifex alium in communica-
ndo morem obseruat. Vbi traditur quare
non communicat vbi frangit, Nam ad alta-
re frangit, & ad sedem communicat.
- 10 De post communione, ubi gaudium Apostolo-
rum de Christi resurrectione describitur.
- 11 De oratione nouissima, ubi agitur de benedi-
ctione, quam Christus ascensurus dedit Apo-
stolis. Et de ascensione, ubi exponitur, Ite mis-
sa est, atque Benedicamus domino.
- 12 Vnde dicitur Missa, ubi ponitur Missa distin-
ctio.
- 13 Quare sacerdos Pontificis humerum osculatur.
Vbi ponitur tripartita distinctio.
- 14 De benedictione nouissima. Vbi agitur de Chri-
sti missione.

LIBER

SEXTVS.

¶ De resumptione patenæ, quam sacer-
dos accipiens osculatur.

CAPVT PRIMVM.



Ost passionis tristitiam, ad resurrec-
tionis gaudiū peruenitur, secundū
illud qd legit. Ad vesperū demora-
bitur fletus, & ad matutinū lætitia.
Subdiaconus quidē & Diaconus representat pa-
tenā,

Psalm. 29.

tenam, quā sacerdos accipiens osculatur, & cū
ea signum crucis sibi facit in facie. Hi tam nu-
mero quā obsequio sanctas ilias mulieres signi-
ficant, de quibus narrat Euangelista Matthēus, Matth. 28.
Quod vespere sabbati quæ lucefecit in prima sab-
bati venit Maria Magdalena & altera Maria vi-
dere sepulchrum. Præsentamus ei patenam, id
est, cor patens latitudine charitatis in obsequiū
sepulturæ. Iuxta quod legitur: Quia mulieres e. Marc. 16.
merunt aromata, vt venientes vnguent lesum,
& valde mane vna sabbatorum veniunt ad mo-
numentum orto iam sole. Et dicebant ad inuicē:
Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumē-
ti? Hanc ergo patenam, id est, cor amplum lati. Patena la-
titudine charitatis sacerdos accipit. i. Christus ac titudinē
cepat, quia verò crucifixus ardenti desyderio charitatis
quærebatur. Iuxta quod angelus inquit mulieri designat.
bus: Scio quòd Iesum quæreris crucifixum. Idcirco Matth. 18.
crux cū patena signat in facie sacerdotis, sta-
timq; sacerdos osculatur patenam, ostendens q
Christus confessim impleuerit desyderium mu-
lierum, mox enim occurrit illis, dicens: Auete,
quæ procidentes tenuerunt pedes eius, & adora-
uerunt, haud dubium quin pedes fuerint oscu-
latæ.

¶ De fractione hostiæ, cuius particu-
lam sacerdos mittit in calicē.

CAPVT. II.

* Dionys.
lib. 3. de ec-
cle. hiera.

Tunc sacerdos frangit hostiam in tres par-
tes, & duabus extra calicem referuntur, cū mil. 14. in
alia signum crucis ter efficit supra calicē, decu: epist. i. ad
ius ore Diaconus remouerat corporale, & alta Cor. Vyal

T 5 voce

denit de sa voce dicendo. Pax domini sit semper vobis cum
crametal. particulae hostie dimittit in calice. Erangit igit
tit. 4. cap. tur tacerdos noctiam, ut in fractione panis do
41. minum cognoscamus, sicut illi duo discipuli do
Fra&io. minum cognoverunt, quibus ipso die resurre
Loc. 2. 4. & ionis Iesus apparuit in Emmaus transiuntibus.
Cōmixtio Commixtio panis & vini designat unionē car
nis & animae, quae in resurrectione Christi denouo
sunt vnitæ. Nā vt prædictū est panis ad carnē &
vnu referatur ad animā. Et ideo ter signū crucis
productur cū hostia super calicē, quia virtus tri
nitatis animā crucifixi reduxit ad carnē, ne de
relinqueret animā eius in inferno, nec dare car
nē eius videre corruptionē. Iuxta quod ipse dis
Psal. 15. & cit in psalmo: Ego dormiui & somnum cœpi, &
3. Tres cru exurrexi, quoniā dñs suscepit me. Vel ideo tres
ces super crucis fuit cum hostia super os calicis, quia tres
os calicis. mulieres quærebant crucifixum ad ostium mo
Luc. 14. numenti. Vnde, Quæritis viuentem cum mor
tuis? Os ergo calicis in hoc loco significat ostium
monumenti, de quo Diaconus remouet corpora
le, designasq; angelus dñi reuolauit lapidē ab
ostio monumenti. Illud sane debet intelligi, quod
dicit sacerdos, cum eucharistiam mittit in calicē.
Fiat, inquit commixtio corporis & sanguinis
domini. Quod vtiq; referendum est ad spe
cies panis & vini, quib⁹ cōtinēt corp⁹ & sanguinis.
*D. Th. 3. Quid significant partes illæ quæ sunt de sa
p. q. 83. 2r. crificio. CAPVT. III.
ad. 8. Vid autem illæ partes significant, Sergius
De conse. Q Papa determinat, dicēs triforme esse cor
pus Christi, Pars oblate in calicē mis
sa, cor

fa, corpus Christi q; iam resurrexit, monstrat. Triforme
Pars comesta, ambulans adhuc super terrā, Pars corpus
in altari vſq; ad finem remanens, corpus iacens Christi.
in sepulchro, quia vſq; ad finem seculi sanctorū
corpora in sepulchro erunt. Post & aliter hoc tres pars
mysterium explanari. Est enim corpus Christi in tres catho
uersalis ecclesia, scilicet caput cū membris, iuxta licet ecclie
ta quod dicit Apostolus, Vnus panis & vnu cor sit.
pus multi sumus. Et inueniuntur in isto corpore 1. Cor. io.
quasi tres partes, ex quibus totū corpus cōfisit.
Vna pars est ipsum caput videlicet Christus, qui
& caput est & pars corporis. Altera pars sunt il
li, quorū corpora requiescunt in tumulis, & ani
ma regnāt cum Christo. Et sunt quasi simul ha
duæ partes videlicet* & hæc pars corporis alte: Addo * ca
ra, sicut scriptū est: Vbi cūq; fuerit corpus, illuc put.
congregabuntur & aquilæ. Propterea in altari Matth. 24
duæ partes seorsum extra calicē reservātur, qua
si extra passionē, quæ per calicē designatur. Chri Roma. 6.
stus enim resurgens à mortuis, iā non moritur,
mors illi ultrā nō dominabitur. Et qui cum ipso
sunt sancti, nō cōsuriūt amplius neq; sitiunt, neq; Apōca. 7.
cadet sup illos sol, neq; vllus estus, quoniā priora 11.
trāsierūt. Tertia pars in calicē ponit, significans
eos qui adhuc in passione cōsistūt donec de hac
vita migrantes, ad caput suū transeat, vbi nec
moriāntur amplius, neq; vllatenus patientur.
¶ De Agnus Dei. C A P V T. IIII. Vval. defa
NON solum autem per signa, sed etiam per crametal.
N verba resurrectionis gaudū intimatur. Sa tit. 4. c. 41.
cerdos enim alta voce pronuntiās, Pax domini nu
sit semper vobiscum, insinuat quod die illo vna
sabbas.

Ioan. 10. sabbatorum venit Iesus & stetit in medio discipulorum suorum, & dixit eis: Pax vobis. Quia verò Iesus statim ut salutauit apostolos, dedit eis potestatem remittendi peccata. Quorum, inquit, remiseritis peccata remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Idcirco chorus clamat ad ipsum & postulat, Agnus Dei qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Lauit enim nos à peccatis nostris in sanguine suo. Agnus Græcè scēdo dici dicitur ab agnō quod est pium, Latinè ab agno tur agnus scendo. Quoniam in magno grege solo balatu matrem agnoscit. Christus autem in ara crucis & patrem agnouit & matrem. Patrem obedientia, matrē cura. Ibiq; pius obtulit se pro nobis. Et ob hoc in altaris immolatiōe ter dicit agnus Dei, quasi agne qui agnouisti patrem, miserere nobis, agne qui agnouisti matrem, miserere nobis, pie qui redemisti mundum, dona nobis pa-

Antiqui: cem. Porro secundum consuetudinem antiquā rūs diceba schole cantorum, quam adhuc ipsi conseruntur mihi uant, & in pluribus seruatur ecclesijs, ut in latenter nos ranensi nullatenus variatur, sed tribus vicibus bis.

vniiformiter dicitur miserere nobis, propter tria genera peccatorum, quae petimus nobis remitti, cogitationis, locutionis, & actionis. Cogitationis in corde, locutionis in ore, actiois in operre. Vel propter tres ordines fidelium in ecclesia,

Ezech. 14. qui sunt Noe, Daniel, & Iob, quos Ezechiel vis. **Matt. 24.** dit in visione saluandos. Et secundum parabolā euangelicā duo sunt in lecto, duo sunt in agro, & duo in mola, quorum unus assumetur, & alter relinquetur. Postmodū autem multis & va-

rijs

rijs aduersitatibus & terroribus ecclesiæ ingruētibus, cœperit ad dominum clamare de tribulazione, dona nobis pacē. Et ut clamor eius facilius Dona nos audiretur, in ipsa* dixit immolationis hora clavis bis pacē. mandum. Hæc tamen varietas non discrepat à forte * duabus consuetudine veteris testamenti, vbi cum secūxerit. do repetitur, parce domine parce populo tuo, Iocel. 2. tertio variatur, & ne des hæreditatem tuam in opprobriū. Dicamus ergo miserere nobis, quātū ad animam. Item miserere nobis, quātum ad * Dionys. carnem, dona nobis pacem, propter utramq; vt eccl. hies habeamus pacem pectoris spiritualem, & pacē rā. ca. 3. lus corporis temporalem. Sergius autem Papa stat. in. mart. tuit, vt inter communicandū Agnus Dei a clē: apol. 2. Au-ro cantetur. gu. in ser.

¶ De osculo pacis. CAPVT. V. dsab. san. Postquam dominus salutauit apostolos, ite paschæ. In primis dixit: Pax vobis, ostendens quod nō so nocent. pri lum debemus habere pacē in ore, verum etiam m^o iep. ad pacem debemus habere in pectore, ne simus de Decentiu illis qui loquuntur pacem cū proximo suo, ma: ca. 1. Vval. la autem in cordib^o eorum. Ideo cum hoc dixis: d^r sacramētum apostolis, insufflavit & ait: Accipite spiritum tal. titu. 4. sanctum. Ad quod vtiq; designandum sacerdos c. 41. præbet osculum oris ministro, qui reuerenter in Ioan. 20. clinans, pectus osculatur ipsis, & planetam ex: Psal. 27. tendit, vt per pacis osculum attēdatur charitas, Osculum quā planetā supra dixim^r designare. Quia ergo per oēs fieri charitas Dei diffundit in cordib^o nr̄is per spiri: deles sub tū sanctū, qui datus est nobis. Ideo pacis osculū missa. per vniuersos fideles diffunditur in ecclesia. Nā Roma. 5. & Apostolus admonet, salutate vos in uicem in Ibid. 16. osculo

osculo sancto. In primis iuina quidam ecclesia singulis diebus qui celebrationi Missarum intererat, communicare solebat, sed crescente multitudine fidelium, traditur institutum, ut tantum diepus coenam carceret dominicis. Postmodum autem quia nec hoc dignepotuit obseruari, tertia secuta est institutio, ut ter saltem in anno quilibet Christianus debeat accipere eucharistiam, hoc inuenito remedium, ut singulis diebus osculum pacis datur pro mysterio unitatis. Quia vero per immolationem hostie salutaris dimissis peccatis recociliamur altissimo, recte pacis osculum saccipitur, cum molationis mysterium celebratur. Innocentius I. ad tem. Papa primus aliam causam assignat. Pacem, Decentium inquit, asperges ante consecrata mysteria quodam c. i. populis imperare vel si i sacerdotes interfondere, cum post omnia quae aperire non debeo, pax necessario sit indicenda, per quam constet populum ad omnia quae mysterijs aguntur atque in ecclesia celebrantur praebuisse consensum, ac finita esse pacis coquidetis signaculo demostret. De diuersis osculis quae dantur in Missa,

CAPUT. VI.

Cant. i. **O** Sculpi in sacra scriptura significat unionem, charitatem, pacem, & reuerentiam. De osculo vniuersalium sponsa dicit in canticis: Osculetur me osculo oris sui. De osculo charitatis Isaac inquit ad filium suum: Accede ab me & da mihi osculum filii mihi. De osculo pacis dicit Apostolus in Romae. 16. epistolis: Salutate vos in inuicem in osculo sancto. De osculo reuerentiae inquit dominus ad Simonem: Osculum mihi non dedisti. Hæc autem ex quo intraui,

intraui, non cessavit osculari pedes meos. Ad designandum ergo tres uiones in Christo, sacerdos Ter osculator altare, videlicet uionem diuinitatis a landum aitis ad animam, diuinitatis ad carnem, carnis ad anitatem, uel uionem qua uita est Christus humana natura sancta ecclesia, & fidelis a ea. Ad significandum triplicem pacem, temporalem, spirituale, & aeternalē, Episcopus solenniter celebrans ter osculatur ministru, vel ministros semel, & secundo dia conu, & tertio sacerdotem. Ad notandum quoque duorum testamentorum concordiam, episcopus duabus vicibus codicem osculatur, quia rotas cotine Ezechiel tur in medio rotæ, & duo Cherubini sepe respiciunt versibus vultibus in propitiatoriū. Ad notandum charitatem, sacerdos osculatur patenam, quæ designat corporates latitudines charitatis. Vnde, Non cor nostrum ardens erat in nobis, dum loquebatur in via? In signum reuerentia diaconus & subdiaconus pedes & manus summi pontificis osculantur, pedes subdiaconus osculatur, post lectam epistolam. Et diaconus ante legendum euangelium manum osculatur, offerens ampullam cum aqua, calicem cum vino. Et subdiaconus offerens paternam cum hostia, thuribulum cum incenso, utrumque verò de manu pontificis accipiens eucharistiā. Illud quoque vacare à mysterio non creditur. Septies sumimus pontifex a ministro septem modis acci ministro pit osculum, ad os, ad pedes, ad humerū, ad manus, ad brachia, ad pedes, ad genua, expressum osculum mysterium, sed alijs exprimendum.

Quare Episcopus subdiaconum & Diaconum sacrificium communicat. CAPUT. VII.

Tunc
coicetca.

apost. To^s Tunc episcopus communicat cum ministris; Ieta. 12. cā. T in sinuans quod Christus post resurrectionem & habet nem manducavit cum discipulis. Nam conuenitur de con scens praecepit eis ab Hierosolymis ne discederet. Secra. d. 2. rent. Quod autem vnam partem accipiens, reli c. relatū. quas ministris impedit, illud insinuat, quod Luc. 24. cas Euangelista commemorat, quia Iesus accipit. Cōicent piēs panem manducavit coram suis discipulis, ministrisa sumensq; reliquias dedit illis. Et quoniam eodē crificantis Euāgelista testante, Iesus accēpit panem, ac frē & alij vide git & porrigebat illis, quorum cor ardens erat. D. Tho. 3. in eis. Idcirco pōtīfex integrā eucharistię me p. q. 8. arti, dietatē accipiens super patenam, frangit in par 10. ad. 5. tes, & eas porrigit ministris comedendas.

Vvald. de sacramen tal. titu. 4.

e. 42. & 43. P ost sumptum eucharistiae sacrificium faceret, dos abluit & perfundit manū, ne quid incautē remaneat ex contactu diuinissimi sacramenti, non quod quicquam immundum ex contactu sacramenti contraxerit, sed vt suam potius indignitatem commemoret, quise iudicauit tātis sacramentis celebrandis indignum, Secundum Luc. 17. dum quod dominus ait. Cum omnia bona feceritis, dicite, Serui inutiles sumus. Indignum qui dem existere ret, vt manus, quę corpus incorruptibile tractauerūt, corpus corruptibile contingat donec studiose lauentur. Ablutionis autē aqua debet in locum mundum diffundi honeste, vt al titudo sacramenti reverentius honoret. Trina verò sacerdotis ablutio, quę sit in principio, in medio,

medio, in fine, designat mundationem cogitationis, locutionis, & actionis. Vēl purgationem originalis peccati criminalis & venialis. Siue quod agitur per ignorantiam, negligentiam, & industria m, ad quorū emundationem offertur sacrificium salutare. Hæc tamen ablutio potest referri ad ablutionem baptismi, cuius formam Christus post resurrectionem instituit. Euntes Matth. 28. (inquit) docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filii & spiritus sancti. Qui Marc. 16. crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit.

Quod Romanus Pontifex alium in comunicando morem obseruat.

CAPVT. IX.

V Tautē in perceptione corporis & sanguinis Christi nulla possit fallacia * subornas aliās subri, sed in vitroq; perceptionis veritas euidenter oriri appareat, summus Pontifex non statim particulam hostie dimittit in calicem, sed eam post trium crucis signaculum in patenam reponit, & post osculum pacis ad sedem ascendens ibi consistens, viuenter cernentibus partem maiorem suscipit oblatę de patena, quam ei Diaconus presentat, ipsamq; vidētibus diuidens, vnamq; particulam sumens, aliā mittit in calicē, quem tenet coram ipso Subdiaconus, de quo sanguinem haurit cū calamo, deinde particulam vnam cum osculo tradit Diacono, aliamq; Subdiacono sine osculo, quem ad altare ministrantem ei calicem Diaconus osculatur. Et tunc Subdiaconus particulam dimissam in calice sumit cū sanguine. Huius rei causam, non allegoricā, sed his

IN N O C E N T I I. P.P.

Luc. 14:

storicam à nonnullis audiui, quam quia nunquam
in authenticoscripto potui reperi, melius re-
ticebam censui, quām temerē afferendam. Et si
cet non omnium, quæ à maioribus introducta
sunt, ratio reddi possit. Rēor tamen quod in his
profunda lateant sacramenta. Romanus ponti-
fex ideò non communicat vbi frangit, sed ad al-
tare frangit & ad sedem cōmunicat. Quia Chris-
tus in Emmaus corā duobus discipulis fregit. In
Hierusalē corā vndeclim apostolis manducauit.
In Emmaus fregisse legitur, sed māducaisse non le-
gitur. In Hierusalem non legitur fregisse, sed le-
gitur comedisse. Ministri representant Pontifi-
ci oblatam & calicem, quia discipuli obtulerūt
Christo partem pīscis aſſi, & fauum mellis. Pars
pīscis aſſi corpus domini crucifixi, qui fuit in
ara crucis affatus, fauus mellis sanguis Christi,
super mel & fauum dulcis faucibus animæ dili-
gentis. Ad notandum verò distinctionem inter
ordinū diſtinctio. facros ordines, & non facros, Diaconus & qui
superioris sunt ordinis, cum percipiunt Eucha-
ristiam, osculum suscipiunt ab episcopo. Acoly-
tus & qui sunt inferiorum ordinum, non susci-
piunt. Subdiaconus verò, quia character huius-
modi quondam inter non facros, nunc autē in-
ter facros ordines reputatur, in perceptione cor-
poris nō suscipit osculum à Pontifice, sed in per-
ceptione sanguinis suscipit osculum à Diacono,
vt qui non in sacris sint minus, & qui sacris in-
sunt amplius honorētur. Quanuis in hoc & my-
stica possit assignari ratio.

¶ De post cōmunione. C A P V T. X.
Antiphona

LIBER. VI.

146

A Niphona quæ post communionem conci-
nitur, Apostolorum gaudiū de Christi re-
surrectione significat. Secundum illud quod le-
gitur, Quod gauisi sunt discipuli viso Domino, loan.^{20.}
& præ gaudio mirabantur. Quod autem reci-
procando cantatur, insinuat, quod discipuli re-
surrectionis gaudium sibi mutuò nunciabant.
Vnde duo discipuli cum inuenissent vndeclim Luc.^{24.}
congregatos, & eos qui cum ipsis erant dicētes:
Quia reurrexit dominus vere, & apparuit Si-
moni, & ipsi narrabant quæ gesta erant in via,
& quomodo cognoverant eum in fractione pa-
nis. Hæc est ergo dies quam tecit Dominus, ex: Psalmi.^{117.}
ultemus & lætemer in ea.

¶ De oratione nouissima. C A P. XI. *Dionys.
P rædicto orationis mysterio, Pontifex cū mi-^{c.3.} de ec-
cliesiſ ad altare procedit, & altare deoscu-^{c.4.} clesias. hic
lans eleuatis manibus ultimum orationem exe-^{rar.} Vval-
quitor. Benedictionem illam significans quam de sacras
Christus ascensurus in cœlum legitur dedisse di-^{mental.} ti-
scipulis suis. Nam, vt Lucas cōmemorat, eduxit 4.c.44.
eos foras in Bethaniam, & eleuatis manibus, be Luc.vlti.
nedixit eos. Et factum est cū benedixisset illis, re-^{4.c.47}
cessit ab eis, & ferebatur in cœlum. Vnde post fa-
lutationem nouissimam, quā sacerdos facit ad
populum, Diaconus alta voce pronunciat. Ite Ita missa
missa est, representans illud quod dictum est ad
Apostolos. Hic Iesus qui assumptus est à vobis Actu.^{1.}
in cœlū, &c. Chorus autē qui Deo gratias gratu-
lādo respōdet, imitatur Apostolos, qui adorātes
regressi sunt in Hierusalē cū gaudio magno, &
erāt semper in templo laudātes, & benedicētes
V. 2 Deum

Deum, & ad hoc respicit quod in diebus profectis dicitur. Benedicamus domino. Deo gratias, statimq; hymnus & psalmi illi dicuntur: Benedi-

Bis ait le: cite & Laudate. Notandum verò q; Christus post sus pax vo*r*e resurrectionem bis legitur salutasse discipulos bis.

Ezai.66. dicens: Pax vobis, in signum duplicitis pacis, vis

delicet pectoris & æternitatis, quæ secundū Pro

phetam est pax super pacem, de qua Dominus

Ioan.14. inquit Apostolis: I^uacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Hanc duplēcē pacem, per duplex oculum sacerdos insinuat, cum prius oscularū latur ministrum, & postea altare.

*Hebreiſa **Vnde** dicitur missa. CAP. XII.

crificiū vo **M**issa dicitur & ministerium & mysterium, cant Missa id est, officium quod profertur, & sacrificiū sah, vnde cium quod offertur. Officium verò diuiditur in missa dicti: Missam catechumenorum & fidelium Missam.

tur, aliter Missa catechumenorū est ab introitu vsq; post sentiūt alij offertorium. Et dicitur Missa ab emittēdo, quia

4. sen. d. 13. tempore quo sacerdos incipit eucharistiam con

Missa cate secrarc, catechumeni foras de ecclesia emituntur. chumenos tur. Perleto siquidem euāgelio, Diaconus clas-

rum. mare solebat: Si quis catechumenus adest, exeat foras. Catechumeni sacris mysterijs interesse non debent, quæ non nisi baptizatis fidelibus committuntur. Sicut de quibusdam qui catechumenorum, & nondū renatorum typum gerebant.

Ioan.2. Scriptum est enim: Ipse autē Iesus non credebat Missa fide se illis. Missa fidelium est ab offertorio vsq; post luum. cōunionē. Et dicitur missa à dimittendo, quia

tunc ad propria fidelis quisq; dimittitur. Conſti-

Concilio tutū est enim in Aureliensi Concilio, vt cū ad ce
lebrandas

pulus non ante discedat, q; Missa solennitas cō: De conse- pleatur. Totum autē officium dicitur Missa, qua dis. sc. Oēs si trāsmisso, eo quod populus fidelis per myste fideles.

rium sacerdotis (qui fungitur ministerio media toris inter Deū & homines) preces & supplica-

tiones & vota transmittat altissimo. Ipsum ve: Missa dici

ro sacrificiū, i. hostia missa vocatur, quasi trans: tur quasi missa. Primum nobis à patre vt esset nobiscum, trāsmissa,

postea patri à nobis, vt intercedat pro nobis ad ipsum. Primum nobis à patre per incarnationē,

postea patri à nobis per passionem. Et in sacra-

mēto primum nobis à patre per sanctificationē,

postea patri à nobis per oblationē. Hæc est sola sufficiēs & idonea missio seu legatio ad soluēdas

inter Deū & homines inimicitias & offendās. Cū er

go diaconus ait: Item missa est, idē est: acsi diceret, redite ad ppria, quia oblata est hostia salutaris.

Quare sacerdos pontificis humerum oscu- latur. CAPVT. XIII.

ORatione finita sacerdos qui assistit Episco Principa-

po mensam altaris & armum pontificis de tuis super xtrum osculatur, ostendens hunc esse illum Pon humerum

tificē, qui secundum legē figuratē dextrū armū Christi. separare debet de hostijs salutaribus vel pacifi: Leuiti. 7.

cis. Sane per humerū exprimitur principatus, se & 8.

cundū illud propheticum: Et factus est principa Ezai. 9. tus super humerū eius. Principatum vero Salua-

toris expressit vox angelica, prophētica & lega-

lis. Angelus enim inquit ad virginē: Dabit ei do Luce.

minus fedē David patris eius, & regnabit in do-

mo Iacob in æternū, & regni eius non erit finis.

Psalm. 44. Propheta dicit in psalmis: Sedes tua in seculum
seculi, virga redempta & virga regnandi, propterea
vnxisse Deus olio laetitiae pre confortibus suis.

Deut. 31. Moyses inquit in lege: Lætamini simul cœli cum
eo, & adorent cum omnibus angelis Dei. Ad quod
designandum, tres humerum pontificis in signum
reuerentiae osculatur. Primicerius in principio,
diaconus in medio, sacerdos in fine.

*Agathese
coaculum
c.,.

¶ De benedictione nouissima.

CAP. X I I I .

Actu. 1.

Vltima benedictio quam facit episcopus super populum, missionem spiritus sancti significat, quem de caelo misit dominus in apostolos, iuxta quod eis ipse promisit: Accipietis, insquit, virtutem superuenientis spiritus sancti in vos. Hæc benedictio per verbum oris & signum crucis exprimitur. Quidam illa missio personam aeris & linguam ignis innotuit, iuxta quod legitur: Factus est repente de caelo bonus tanquam aduenientis spiritus vehementis. Et apparet sunt illi dispersitæ linguae tanquam ignis, &c.

Ibid. 2.

Licet aurem spiritus sanctus specialiter missus fuerit in apostolos, quia tamen individua sunt opera trinitatis, missionem illam tota fuit trinitas operata. Ideoq; benedictionem istam facit episcopus in nomine trinitatis, auctoritate Psalmis:

Psalm. 66. Sta dicentis: Benedic nos Deus noster, & benedic nos Deus. Benedictionis forma les-

Nu. 6. in fin. gis expressit auctoritas, dñs dicente per Moysen: In uocabis nomen meum super filios Israël, & ego dominus benedicam.

Libelli

LIBELLI

CONCLVSION.

Nemo cum expositione istam audierit, hoc **Authoris**
officium sufficenter aestimet expositum, **modestia.**
Ne forte quum opus humanum extulerit, diuinum extenuet sacramentum. In hoc enim officio tot & tata sunt intuoluta mysteria, ut nemo, nisi per vocationem edoctus, ea sufficiat explicare. Quis enim nouit ordinem cœli, & ponet ratio: **Iob. 8.**
ne eius in terra? Nam perscrutator maiestatis **Prou. 25.**
opprimetur a gloria. Ego quippe non præualens
lippientibus oculis solem in rota conspicere, tam
i mysterij maiestatem, quasi per speculum in eni-
gmate mihi visus sum intueri, nec penetrans ad
interiora cœnaturi, sed præforibus absidens in
vestibulo, feci diligenter ut potui, non sufficien-
ter ut volui. Præsertim cum ex officio, tot causa **Papa occu-**
rum nexibus irretitus, ut infra breui temporis
spacium, nec ad meditandum ocium, nec ad dis-
tandum quiuerim nascisci quietem. Et quidem
minor in singulis, diuisus ad singula vix potui
meditata dictare, neclum meditata concipere.
Quocirca non solum benigni imploro lectorum,
verum etiam defundero libellū correctore. Hac scilicet
la apud homines huius opusculi mercede expeditio:
ans, ut apud misericordem iudicem pro meis pec-
catis deuotas orationes effundant. Qui perfectè inspecto-
cognoscit qua cordis intentione tractatum istum Deus,

INNOCENTII. P.P.

exegerim. Etsi nō multis, saltē aliquibus, aut etiam mihi soli vel in modico profuturū. Quia verò canonem Missæ particulatim exposui, ne quid additum vel substratum seu transpositum videatur, vt legentibus ipsius expositionis plenior pateat intellectus, totum continuè censui subscriendum.

¶ Finito libro, sit laus & gloria Christo.

P R E C A T I O A D D E V M

Opt. Max. pro reformatio
ne Ecclesiaz.

OMnipotens, misericors, aeternæ Deus, qui es author puritatis & pacis, effice quesumus, vt in Ecclesia tua Euangelij tui doctrina, si cut à principio, floreat, vt sacramenta tua recte riteq; tractentur: vt deniq; conuersatio nostra in omni pietate & honestate te digna semper sit, ad gloriam nominis, & ad honorem religionis nostræ. Per Christum dominum nostrum.

Amen.

S. A L M A N T I C A,

Exudebat Ioannes à Canoua.

M. D. L X V.

I N D E X E O-
rum, quæ in hoc opu-
sculo continentur, ordine alphabetico
digestus. In quo.a.primā.b.verò
secūdam Pagellā
indicat.



- A. Bel quodo dicat puer. fo.111.b.alias.111.
Ablutio manuum bina cur fiat antequā sacrificium offeratur. fo.59.a.
Abraham patriarcha, & quare sic nomi-
netur. fo.112.b.&c.113.a.alias.113.
Accidentia esse in sacramento sine subie-
cto, ostenditur. fo.84.a.
Acolyti qui, & vnde dicātur. Et quod sit eorum ministe-
rium. fo.5.a.
Acustres, quæ pallio infigūtur, quid designent. fo.15.b.
Adaptatio septem petitionū & septem donorum recē-
setur, fo.132.a.
Agnus vnde dicatur, ostenditur. fo.142.b.
Agnus Paschalis qualiter erat edendus in veteri testa-
mento, describitur. fo.85.a.&c.b.
Alba quid significet. fo.16.a.&c.10.b.
Alleluia, quare post Graduale cantetur. Et quare hoc
nomen ininterpretatū remanserit. Et quo tempore
cantetur, fo.47.a.&c.49.a.

INDEX

- Altare q[uod] ecclesiām dēsignet ostendit[ur]. fo. 32. b.
 Altare multiplex ex scripturis refertur. 114. alias. 114. b
 Altaris sacrificium quod equaliter toti Trinitati offeratur. fo. 76. a.
 Altaris sacrificium quomodo septem vicibus cruce sanguinetur. Et quid hoc denotet. fo. 119. b.
 Altaris sacramentū q[uod] sit commemoratio mortis Christi. fo. 104. b. Et cur vltimo loco Christus illud instituerit. ibi.
 Altaris triplex osculū quid denotet. fo. 104. a. alias. 114.
 Amen. Sela Sale, quid sonent ostendit[ur]. fo. 139. a.
 Amictus, quo sacerdos caput obnubit, quid denotet. fo. 15. b. & 16. a.
 Angeli quomodo tremere dicantur. fo. 65. a.
 Angeliquomodo preces nostras ferant Deo. fo. 114. b.
 Angelorum presentia adesse in missa, ostenditur. fo. 42. a & 114. alias. 114. b. Et quid de hoc dicat Grego. ibid. a.
 Angelorum nouem ordines cur in prefatione non exprimantur. fo. 65. b.
 Angelorum hymnus & hominum, Sanctus, Sanctus, Sanctus, &c. esse ostenditur. fo. 63. a. & b.
 Annulus, Pontificis aureus & rotundus quid denotet. fo. 18. b. & 13. b.
 Antiphona, quæ ad introitū missæ dicitur, quid signet.
 Ecce cur ipsa repetitur, interposita Gloria trinitatis. Et quis eam cantari constituit. fo. 37. b.
 Antiphona Græcæ, quid significet Latinæ. fo. 38. b.
 Apostoli quod suppleuerint ea, quæ Euangelistæ prætermiserunt, ostenditur. fo. 90. b.
 Apostolorum vocatio, quomodo post Ioannis Baptiste prædicationem facta fuerit, ostenditur. fo. 4. b.
 Aqua cur vino admisceatur. fo. 61. a.
 Aqua cù vinovtrū cōvertat in sanguinē. fo. 97. alias. 107. b
 Argu

ALPHABETICVS.

- Argumenta Graecorum de confectione in fermento, re censentur, & soluuntur. fo. 87. a. & b.
 Argutiae nimium subtile[s] de corporis Christi transubstantiatione recensentur. fo. 92. a. alias. 102.
 Armatura pontificum & sacerdotum qualis esse debeat. fol. 16. a.
 Autoris modestia notatur. fo. 148. a.
 Azymus panis quare in sacrificium offeratur, & nō fermentatus, ostenditur. fo. 87. a.
 B.
 Bacus, seu virgapontificis, q[uod]d denotet. Et quare suminus Pontifex virga non vtitur. fo. 18. b. & 23. b.
 Baculus. S. Petri q[uod] sit apud Treverenses. fo. 24. a.
 Benedictio nouissima vel ultima, quā facit Episcopus super populum, quid significet. fo. 147. b.
 Beneplaciti quinq[ue] signa recensentur. fo. 137. a.
 Benevolentiae captatio ostenditur. Et quomodo à tribus captetur benevolentia, à persona cognitoris, petitoris, & assessoris ostenditur. fo. 133. a.
 Berengarij de pane & vino in altari confessio recensetur. fo. 94. b.
 Binarius & ternarius quod bene congruant altaris sacramento, ostenditur. fo. 130. a.
 Bona tria pro quibus sacrificiū laudi offertur, recensentur. Et quæ sint bona hominis triplicia referuntur. fol. 75. a. & b.
 Bonum opus quod Dei & nostrum sit, ostenditur. fol. 76. a
 C.
 CAErei, & Incensum, quæ coram Pontifice deferuntur, quid denotent. Et de septem candelabris septiformis Spiritus. fo. 34. a.
 Caligæ

I N D E X.

- C**aligæ, & Sandalia Pontificis quid denotent. fo. 19. b.
Candelabra, & Crux, quæ super medio altaris collocantur, quid significant. fo. 40. a.
Canon quare in secreto canitur. fo. 69. a.
Canonis autor quis fuerit. fo. 78. a.
Canonis textus exponitur. à fo. 69. vñq. 148.
Canonis quòd alià sit ratio verborum quām signorum ostenditur. fo. 110. alias. 120. a. b.
Canticorum institutio, quòd per David facta fuerit, ostenditur. fo. 4. b. & 5. a.
Cantores in processione quòd sint velut tubicines innuitur. fo. 35. a.
Casula, seu planeta, quid significet. Et de eius anteriori & posteriori parte. fo. 18. a. & 21. b.
Catechumenorum missa quæ dicatur. fo. 182. a.
Catenulae duæ aureæ, quas Pontifex sibi inuicem coherentes, & vncinis duabus insertas habebat, quid denotabant. Et quid duo vncini signabant. fo. 13. b.
Cautela describitur, quando sacerdos post consecrationem inuenerit vinū prætermissum. fo. 105. alias. 115. a.
Charitatis. xvij. proprietates recensentur. fo. 57. a.
Chirothecæ Pontificis quid denotér. fo. 17. b. & 22. b.
Christus à Iuda triginta argenteis venditus, ostéditur, fo. 80. a. & b.
Christus cur vltimo loco sacramentum Eucharistie instituerit. fo. 104. alias. 114. b. 115. a.
Christus quòd mortalis fuerit, non necessitate, sed voluntate ostenditur. fo. 26. a.
Christus quòd sit sponsus ecclesiæ. fo. 36. b.
Christus qualiter orat pro ecclesia, ostenditur. fo. 37. a.
Christus quomodo cōficerit, & sub qua forma. fo. 91. a.
Christus quomodo sit semper nobiscū. fo. 106. alias. 116. b.

Christus

ALPHABETICVS:

- C**hristus quare dicat, Pater mi, & nos. Pater nř. fo. 133. a.
Christus quale corpus dederit in cœna, quærif. 95. b.
Christus, quod spiritualis sit Eucharistia. fo. 89. alias. 99. a.
Christus, vtrum resurgens sanguinem resumpserit, quē in cruce effuderat. fo. 97. alias. 107. b.
Christus, cur post cœnam instituerit Eucharistiam. fol. 96. alias. 106. a.
Christus, qđ in azymo consecrauerit ostéditur. fo. 87. a.
Christus, qualis finis sit. fo. 55. a.
Christus, cur dederit se nobis in pretium, & in cibum. fo. 106. alias. 116. a.
Christus, quomodo pro vniōne nostri roget, ostéditur. fo. 107. alias. 117. b.
Christi triplex traditio, recensetur. fo. 70. a.
Christi præputium an in resurrectione redierit. fol. 98. alias. 108. a.
Cibus solidus quis dicatur, ostenditur. Et de cibo edens tule plebi apto. fo. 105. alias. 115. a.
Clericorū sex ordines, quos a plicæ sedis Antistes habet cum celebriter agit missarū solēnia recēsent. fo. 4. b.
Codex euangelij quare sumatur de altari. fo. 50. b.
Cœli quomodo laudent Deum ostenditur. fo. 95. a.
Collatio legis ad euangelium, insinuat. fo. 45. a.
Collectæ, quare in numero impari dicantur in missa. fo. 43. b.
Colores principales, quibus secundum proprietates dirum vestes sunt distinguendæ, describuntur a. fol. 16. b. vñque. 29.
Commemoratio sanctorum triplex refertur. fo. 77. b.
Commemoratio confessorum quare non fiat in Canone. fo. 78. a.
Commixtio panis & vini, quid denotet. fo. 141. b.

Confess

INDEX

Confessio in principio missæ quare in genere, & non in
 specie sit facienda. Et de pectoris tūsione, in qua tria
 no antur, iecus, tactus, & sonus. fo. 35.b.
Confessio quædam catholica recensetur. fo. 92.b.
Conlecrari utrum valeat panis sine vino, vel vinum si-
 ne pane, ostenditur. fo. 94. alias. 104.a.
Constitutio de pallijs lineis recensetur. fo. 60.a.
Conuersio duplex ostenditur, substantialis, & formalis
 fo. 93. alias. 103.a.
Corporalia quid significant. Et quare una pars extendi-
 tur & altera complicatur. fo. 59.b.
Corpus Christi triforme ostenditur. fo. 142.a.
Corpus Christi, quod sit duplex, verum, & mysticum.
 fo. 88. alias. 98.a.
Corpus Christi quod totum sit in pluribus locis simut,
 ostenditur. fo. 96. alias. 106.b.
Corpus Christi, q̄ verè est sub specie panis. fo. 92.a.
Corpus totum, q̄ sub tota existat forma. fo. 93.a.
Corpus Christi postquam fuerit sumptum & comedū,
 quid fiat de eo, ostenditur. fol. 89. alias. 99.a.
Credere quod sit trutius, discutere ostenditur. fo. 93.b.
Crucifixus tres, quos Christus sustinuit, recensentur. fo.
 118. alias. 118.2.b.
Crux, quæ in processione premititur, quod sit quasi re-
 gale vexillum, ostenditur. fo. 35.a.
Crucis figure & mysteria ex veteri testamento recens-
 entur. Et de multiplici eius effectu. fo. 53.a.
Crucis laudes referuntur. fo. 53.b.
Crucis signum quomodo sit exprimendum. fo. 54.a.
Crucis quinq; signacula super oblatam & calicem, quid
 signent. fo. 110. alias. 110.a.
Crucis tres super os calicis cum hostia, quid denotent.
 fo.

ALPHABETICVS.

fol. 141.b.
Cruces tres, prima & secunda, quæ sunt distincte super
 oblatam & calicem, quid significet. fo. 117. alias. 113. b.
Cruces duæ, cur mortem Domini designent, & nō tres,
 ostenditur. fo. 119. alias. 119. a.
Cydaris, vel Thyara, Pontificis capitiz ornementum,
 quid significet. fo. 14. a.
D.
Debita quæ petimus nobis dimitti quæ sint recenti-
 sentur. Et quomodo si non dimittimus, reuocatū
 peccata dimissa. 135.a.
Dalmatica quid significet. fo. 17.a. & 22.a.
Deus quomodo malorum sit intentator, ostenditur.
 fol. 135.b.
Deus quod intentionis & cordis sit inspecto. fo. 148. b.
Deus quomodo nos dupliciter cibat, ostenditur. folio.
 105. alias. 115.b.
Deus quare vult nos orare vocaliter. fo. 131.b.
Deus, quod tripliciter sit pater, ostenditur. fo. 133. a.
Dei ab homine tria requisita recensentur, & quæ sint.
 fol. 71.a.
Dextrum & sinistrum in altari quid designent. fo. 40.b.
Diaconi ministerium quale. fo. 61.a.-
Diaconi duo, qui pontificem ducunt, quid denotent. fo.
 33.a. & b.
Diaconus qualis debeat esse. fo. 54.b.
Diacono euangelium lecturo cur benedicitur, & non
 subdiacono epistolam lecturo. fo. 50.b.
Diaconus qui lecturus est euangelium, quare dextram
 Pontificis osculetur. fo. 49.a.b.
Diaconus quare benedictionem ab episcopo petit & ac-
 cipit. fo. 50.a. & b.
Dias.

INDEX.

- D**iaconus quare præmitiat ceroferarios cum cæreis & incenso. fo. 51. a.
Diaconus quare per vnam partem ascendit in pulpitu, & per aliam descendit. fo. 52. a.
Diaconus quare mensa n. aicaris & armum Pontificis osculetur, ostenditur. fo. 129. a.
Diaconorum ordo vnde tam in veteri quam in novo testamento ex oratione suam perficit. fo. 5. b.
Dij quomodo multi sunt, osten. litar. fo. 76. a.
Dilectio perfecta qd erit in patria, ostenditur. fo. 137. b.
Dimittendum quomodo sit ei, qui veniam non petit. fol. 135. b.
Discipulorum fuga quando signetur in missa. fo. 61. a.
Donacur dicatur pluraliter, munera, sacrificia. fo. 71. a.
Dotes glorificati corporis quatuor recensentur. fo. 96. a.

E.

- E**cclesiæ tria recensentur sacrificia inveteri testamēto significata. fo. 71. a.
Ecclesiæ catholicae tres partes recensentur. fo. 142. a.
Episcopus qualiter ad altare accedat, & quid representet. fo. 31. a.
Episcopus oratus, quare mitram deponat. fo. 41. b.
Episcopus, vnde dicatur. fo. 7. a.
Episcopus cur incipiat Symbolum. fo. 55. b.
Episcopus, quare Subdiaconum & Diaconum communiceat. fo. 144. a.
Episcopi & presbyteri in quibus conueniant, & in quibus differant. Et quod sit eorum officium. fo. 8. b.
Epistola, que præmittit Euagelio, quid designet. fo. 44. b.
Et quomodo subdiaconus Ioannem Baptistam representet. ibidem.
Epistola quid significet. fo. 45. b.

Error

ALPHABETICVS.

- Error negantium veritatem in sacramento, ostenditur & reprobatur. fo. 100. alias. 10. a.
Est, dictio in verbis sacramentalibus (Hoc est corpus meū:) si interpretetur, id est, significat, quod huiusmodi sensus sit hereticus, ostenditur. fo. 92. a.
Euangeliu quare versus Aquilonem legatur. fo. 51. a. b.
Euageliu lectorus facit quatuor cruces, & quare. f. 51. b.
Euangelij præminentia & laudes recententur. 54. b.
Eucharistia qd à ieunio sit accipienda. fo. 96. alias. 106. b.
Eucharistia cur non detut intincta. fo. 88. alias. 98. a.
Eucharistia quare sub alia specie sumat. 99. alias. 109. b.
Eucharistia cur sub duplice specie consecretur. fol. 93. alias. 103. b.
Eucharistiæ sumptio quod non sit nimium differenda. fo. 104. alias. 114. a.
Eucharistiæ sacramentum quo & sub qua forma Christus confecerit triplex opinio recensetur. fo. 91. a.
Eucharistiæ diuersæ figuræ, quæ præcesserunt in veteri testamento recensentur. fo. 85. a. b.
Eucharistiæ virtus & effectus ostendit. 106. alias. 116. a. b.
Eucharistiæ per sacramentum quomodo vnimur Christo sicut membra capiti, ostenditur. fo. 107. alias. 117. a.
Eucharistiæ comedendi duplex modus refertur. rfol. 88. alias. 98.
Eucharistiæ vtrum Iudas acceperit. fo. 97. b.
Exemplum sacerdoti à Christo datum ostenditur. fol. 87. alias. 97. a. b.
Exhortatio quædam salubris pro Episcopis & Sacerdotibus describitur. fo. 26. b.

Falsa opinio, quæ negat transubstantiationem. Et eiusdem reprobatio recensentur. fo. 93. b. & 94. a.

X Falsa

INDEX

Falsa opinio de aqua ex latere Christi, recensetur, Et de recta opinione de aqua in calice sacramenti. fol. 98. alias. 108. a.
Fermentum vtrum transsubstantietur. fo. 99. alias. 109. b.
Festorum in Symbolo mentio recensetur. fo. 57. a. b.
Figuræ crucis ex veteri testamento referuntur. fo. 53. a.
Figuræ diuersæ Eucharistiaæ, quæ præcesserunt in veteri testamento recensentur. fo. 85. a. b.
Figuræ noui testamenti de sacrificio altaris, quæ præcesserunt in veteri testamento recensentur. folio. 112. alias. 122. a.
Forma verborum in consecratione, vtrum possit mutari. fo. 91. alias. 101. a.
Forma panis & vini, vel species accidētis & veritas corporis vtrū diuisa sint sacramenta. fo. 102. alias. 111. a.
Fraictio hostie, quæ fit à sacerdote, qd significet. fo. 141. b.
Fuga discipulorum, quomodo designetur per patenam sub corporali absconditam. fo. 61. a.
Fumo fugari dæmones, ostenditur. fo. 37. b.

G.

Gloria in excelsis, quid denotet. Et quis illud in misericordia cantari constituerit. fo. 39. a. b.

Graduale quid significet, & vnde dicatur. fo. 46. a.

H.

Hoc, quid demōstrauerit, cum Christus dixit, Hoc est corpus meū, ostenditur. fo. 90. alias. 100. a.

Hora institutionis sacramenti à Christo quæ fuerit, ostenditur. fo. 96. alias. 106. a.

Hymnus angelorū & hominum quis dicatur. fo. 63. a. b.

I.

Inani gloriæ malum ostenditur. fo. 134. a.

Incensum, quod sacerdos representat in capsula, &

Epis.

ALPHABETICVS.

Episcopus apponit thuribulo, quid insinuet. fo. 36. a.
Indumenta Pontificis veteris legis varietate operis extexta, quid designabat. Et de quatuor coloribus, pīrura, coco, bysfo, hyacintho, quibus erant contexta. fo. 14. b.
Indumenta, seu vestes euangelici sacerdotis quid in capite designant, & figurent in membris. fo. 15. a.
Indumenta pontificalia secundum quod Christo conueniunt, describuntur. fo. 15. b.
Inimicitarum tres parietes describuntur. Et de triplici per Christum reconciliatione. fo. 39. b.
Institutionis sacramenti corporis & sanguinis Christi tres causæ recensentur. fo. 99. alias. 109. b.
Institutionis sacramenti corporis & sanguinis Christi diuersæ causæ referuntur. fo. 105. alias. 115. b.
Institutionis sacramenti Corporis & sanguinis Christi hora ostenditur. fo. 96. alias. 106. a.
Inocationis authoris piissima recensetur. Et eiusdem humiliis protestatio. fo. 1. a.
Ioannes Baptista quomodo limés fuerit præcedentium & sequentium, medius videlicet inter apostolos & prophetas, ostenditur. fo. 45. b.
Ite missa est, quid representet ostenditur. fo. 149. a.
Iudæi quare versus occidentem orabant. fo. 41. b.
Iudas vtrum acceperit eucharistiam. Et vtrum affuerit in cœna. &c. fo. 95. b.
Iudas venditio quod fuerit contraria oblationi quæ fit in altari, ostenditur. fo. 80. b.

K.

Kyrie eleison, quid significet. Et quare nouies decantat. Et quare sex vicibus dicitur Kyrie eleison, & tribus Christe eleison. fo. 38. b.

X 2.

L.

INDEX

L.

LAmina aurea, quæ de Cydari pontificis à fronte de pendebat, quid denotabat. Et de nomine Domini tetragrammaton in ea descriptum. fo. 14. a.b.

Lapidū quatuor ordines, quos Pontifex gestabat, quid indicabant. Et de duodecim Pontificis lapidibus in singulis ordinibus positis. fo. 14. a.

Laudes Euangelij recensentur. fo. 54. b.

Lecturus euangeliū quare facit quatuor cruces. fo. 51. b.

Legales vestes secundum tropologią recēsentur. fo. 12. a

Legalium indumentorum secundum allegoriam typus describitur. fo. 11. b.

Legis Mosaicæ & Euangelicæ differentia describitur.
fo. 50. b.

Lex diuina quòd in tribus consistat, mandatis scilicet,
promissis, & sacramentis. fo. 1. a.

Liber quòd aperiatur, quando Episcopus ad altare per
uenit, quid denotet. fo. 31. a.b.

Liber & thuribulum quare post euangelium ad Episco
pum reportentur. fo. 55. a.

Linea vestis, qua sacerdos induebatur, quid insinuet.
fo. 12. a.

Litera. T. in principio Canonis quid denotet. fo. 69. b.

Luctus duplex innuitur. fo. 136. a.

M.

MAgdalena q̄ ter vnxerit Iesum innuitur. fo. 60. b.
Malogranata & Tintinnabula in veste pontificis
quid indicabant ostenditur. fo. 13. b.

Malū triplex, à quo petimus liberari, refertur. fo. 133. b.

Manipulus in laua sacerdotis quid denotet. folio. 18. a.
& 23. b.

Manipulus stupræ, cui Pontifex ignem apponere con
sueuit

ALPHABETICVS.

sueuit in choro, quid innuat. 14. a.b.

Manuum ablutio quid significet. fo. 10. a. &c. 59. a.

Manuum saluatoris in cruce extensi odenotatur. fol. 18.
alias. 128. a.

Manuum ablutio post eucharistię sumptionem, quid
significet. fo. 144. b.

Mappula, quæ portatur super Pontificem quatuor ba
culis colligata, quid significet. Et de quatuor sensibus
scripturarę, Historia scilicet, Allegoria, Tropologia,
& Anagogę. fo. 33. b.

Memoranda tria de Christo, quæ sibi proponit eccles
ia, recensentur. fo. 109. alias. 119. b.

Memoria pro defunctis quomodo fiat in Memento. fo.
115. alias. 125. a.

Memoria quorum in secreto recolitur, ostenditur. fo.
69. a.b.

Merita nostra quomodo sint Christi dona, innuitur. fo.
36. a.b.

Merita patrum quòd filijs suffragentur. fo. 77. b.

Ministerium subdiaconi & diaconi refertur. fo. 60. b.

Ministrorum veteris testamenti sex ordines recensem
tur, & qui sint. fo. 4. b.

Miserationes dei multas esse ostendit. fo. 116. alias. 126. a.

Missa q̄ ab apostolis fuerit celebrata ostenditur. fo. 1. b.

Missa quòd in quatuor consistat, in personis, operibus,
verbis, & rebus. Et quomodo omnia quæ in ea sunt,
mysterijs sint plena. fo. 1. b.

Missa quomodo sit semper bona, ostenditur. fo. 73. b.

Missa fidelium quòd sit ab offertorio usq; ad post com
munionem. fo. 146. b.

Missa vnde dicatur. 146. b.

Missa catechumenorum quòd sit ab introitu usq; post

INDEX

offertorium.fo.146.b.
Missa papalis qualis, ostenditur.fo.95. alias.105.b.
Missa institutio quod fuerit à Christo ostenditur.fo.1.a
Missa officium, quod optimè fuerit dispositum.fo.1.b.
Missa quod in quatuor constitut, & quæ sunt.fo.1.b.
Mitra ponitificis quid significet.fo.18.a. & 13.b.

N.
Nomen patris quomodo in filijs quattuor sanctifice-
tur modis, ostenditur.fo.138.a
Nomina viuorum in quo loco recitari debeant, ostendi-
tur.fo.74.a
Nois patris sanctificatio quadruplex resertur. fo.138.a.
Numerus senarius, quare dicatur perfectus.fo.4.b.
Numerus duodenarius quomodo multipliciter sit cons-
secratus ostenditur. Et eiusdem mysteria recensentur.fo.56.b.
Numeri. xxv. mysterium ostenditur.fo.130.a.

O.

Oblatio Abel, Abhrahe, & Melchisedec, recensetur.
Et quoniam altaris sacrificium sit longe excellētius.
Et qualem offerre debeamus.fo.112. alias.111.a.
Oblatio sacerdotis, non tantum in sua, sed in totius ec-
clesiae persona fiat, ostenditur.fo.73.b.
Oblationem pro defunctis quare summus Pontifex ma-
nibus tangat, & nullam aliam præter oblationem pa-
nis, ostenditur.fo.50. a.
Offertorium unde dicatur, & quare cartetur in missa.
fol.138.b.
Onychini lapides duo inserti humeris pontificis, quid
denotabant. Et quid nomina duodecim filiorum in
eis insculpta.fo.13.a.
Oræ duas coniunctæ in utroque latere pontificis, quid si-
gnabant.

ALPHABETICVS.

gnabant.fo.13.a.
Orandi situs describitur.fo.40.b.
Orandum pro quibus sit bonis, ostenditur.fo.131.b.
Orandum quod sit in secreto cordis.fo.68.b.
Orare quare debet sacerdos versus Orientem.fo.41.a.
Orare quare nos velit Deus vocaliter, ostenditur.fo.13.b.
Oratio dominica recensetur. Et de eius dignitate. Et ad
quid valeat.fo.131.a.b.
Oratio Christi qualis fuerit, ostenditur.fo.61.a.
Oratio nouissima, seu omnium ultima, quid significet.
fo.146.a.
Orationis finis quare fiat principiū Prefationis. fo.62.b
Orationes in missa quid denotent. Et de eorum conclusione.fo.42.a.b.
Orationes quare dicantur Collectæ. Et quot sint in mis-
sa dicenda.fo.43.a.
Orationum quod fuerint varij authores, ostenditur. Et
quid super his Concilium Mileuitanum statuerit.
fo.43.a.b.
Ordo petitionum in oratione dominica recensetur.
folio.138.b.
Ordo duplex, temporis scilicet, & dignitatis reseretur.
fo.131.a.
Ordinum distinctio innuitur.fo.145.b.
Osanna, distinctio hebræa quid significet. Et quare bis di-
catur.fo.67.a.
Osculum triplex, quod datur ab Episcopo, oris videlicet,
altaris, & pectoris, quid denotet.fo.36.b.
Osculum pacis, quid denotet. Et quare per omnes fide-
les diffunditur in ecclesia. fo.143.a.
Osculum quare Pontifex septies à ministro accipiat.fo.
144.a.

INDEX

Oscula diuersa, quæ datur in missa, quid denotent. fo.
143. b.

P.

PAx quadruplex refertur. fo. 79. b.

Pacis osculum. Et quare per vniuersos fidel:es diffundi
tur in ecclesia. fo. 143. a.

Pallium, quo maiores viri tūr Episcopi, quid significet.
Et quæ sit eius forma. fo. 24. a.

Pallij viuis quid conferat. fo. 10. a.

Panis sola materia, vtrum necessitate cogente, vel casu
intercedente posset in eucaristiāam consecrari, ostē
ditur. fo. 94. alias. 104. b. & 105. a.

Panis vtrū transubstatietur in Christū. fo. 91. alias. 101. a
Panis & vini species, quomodo duabus ex causis intelli
gatur sacramentum. fo. 101. alias. 112. b.

Panis & vini forma, vel species accidentis & veritas cor
poris, vtrum diuisa sint sacramēta. fo. 102. alias. 112. a.

Panes quinque, quos in oratione dominica petimus no
bis dari, recensentur. fo. 136. a. b.

Passio, Propassio, & Compassio quod fuerint in Chris
tō, ostenditur. fo. 118. alias. 118. a. b.

Patena, super quam panis sacrificium offertur, quid de
notet. fo. 61. b. & 141. a.

Patenæ resumatio, quam sacerdos accipiens osculatur,
quid representat. fo. 140. b.

Patris nomen quomodo in filijs quatuor sanctificetur
modi, ostenditur. fo. 138. a.

Peccati duplex remissio refertur. fo. 103. alias. 113. b.

Pecatorum nouem genera describuntur, & quæ sint.
fo. 38. b. & 39. a.

Petitionum septem, & donorum septem adaptatio re
censetur. fo. 121. a. b.

Petis

ALPHABETICVS.

Petitionum in oratione dominica duplex ordo, ostē
ditur. fo. 128. b. & 139. a.

Petrus quomodo aliorum apostolorū fuerit caput. fo.
7. a. b.

Petrus, quod inter alios apostolos vbiq; præcipiuus fue
rit, ostenditur. fo. 8. a.

Pœnitentia vera quæ requirat. fo. 35. b.

Pontifex Romanus quare in communicando aliū mos
rem obseruet, ostenditur. fo. 145. a.

Pontificis summi manus & pedes quando osculari de
beant. fo. 49. a. b.

Pontificis & sacerdotis salutatio ad populū describitur.
Et de septē salutationibus, quæ sūt in Miss. fo. 41. b.

Pontificum & sacerdotum communia & specialia indū
menta recensentur. Et quæ sint nouem ornamēta, &
officia specialia pontificum. fo. 9. b.

Pontificalia indumenta quatuor secundum historiam
recensentur. fo. 10. b.

Post communio quid denotet. fo. 146. a.

Predicator, q; bonæ opinionis esse debeat, ostenditur.
fo. 51. a.

Prefatio in missa quid denotet. fo. 61. b.

Prælatus quod vitam actiuvam & contemplatiuam exer
cere debeat ostenditur. fo. 25. a.

Preputiū Christi an in eius resurrectione redierit ad ve
ritatem humanæ substantiæ. &c. fo. 98. alias. 108. a.

Presbyter vnde dicatur. fo. 7. a.

Presbyter & Diaconus, qui hinc inde pontificem dedu
cunt, quid significant. fo. 32. a.

Primatus Petri vnde eliciatur. Et plura de Romani Pó
ntificis primatu. fo. 7. a. b.

Primicerius, qui dextrum Pontificis humerum osculas
tur. X 5 tur,

INDEX

tur, quid denotet. fo. 34. b.
Primicerij & Cantores in ecclesia vnde ortum habue
rint. fo. 4. b. &. 5. a.
Procescio Romani Pontificis à secretario ad altare,
quid designet. Et de sex ordinibus personarum, à qui
bus Christus secundū carnem traxit originē. fo. 33. a.
Processionis dispositio describitur. fo. 35. a.
Psalmi quinq; premisi ab Episcopo missā celebraturo,
qui sunt, Quām dilecta, Benedictissi, Inclina, Credidi
& De profundis, quid denotent, ostenditur. fo. 19. a.
Puluillus, quilibro supponitur, quid designet. fo. 51. b.

R.

Rationale, seu Logion Pontificis quid significabat.
fo. 13. b.
Rationale quadrāgulū & duplex, quid denotabat. ibid.
Romana ecclesia quōd nunquam fuerit hæretica ostendit
tur. fo. 90. a.
Romanus Pontifex quare post Albam Orale, & post
Orale crucem assumat. fo. 21. a.
Romani Pontificis singularis ritus in missa recensetur.
fo. 51. a. b.
Regnum Dei quomodo petimus nobis aduenire, ostendit
tur. Et q̄ regnum Dei varie accipiatur. fo. 137. b.

S.

Sacerdotalis ordinis institutio vnde traxerit ortū. Et
de minoribus & maioribus sacerdotiis. fo. 6. a. b.
Sacerdotij distinctio, quando, & à quo fuerit instituta.
fo. 6. b.
Sacerdos, ytrum non minus quām duobus præsentibus
celebrare debeat. fo. 41. a.
Sacerdos quare Pontificis humerū osculatur. fo. 147. a.
Sacerdos si post cōsecrationē inuenerit vinū prætermis
sum,

ALPHABETICVS.

fum, qua cautela vti debeat, ostēdit. fo. 95. alias. 105. a.
Sacerdotis inclinatio, cū dicit, Orate pro me. &c. quid
signet. fo. 61. a.
Sacerdotis manuum super mensam altaris extēsio quid
denotet. fo. 118. alias. 128. a.
Sacerdotis sessio dum Epistola legitur, & Graduale cā
tatur, quid insinuet. fo. 48. b.
Sacerdotis ab vna parte altaris ad aliam mutatio cum
lecturus est euangeliū, quid significet. fo. 49. a.
Sacerdotes tam maiores quām minores, q̄ in quibusdā
gerant vices Christi. fo. 9. a.
Sacerdotes diuersi si super eandem hostiam celebraue
rint, quis illorum confecisse dicetur. fo. 95. alias. 105.
Sacerdotes tres, qui Pontifici venicenti coram altari res
uerenter occurrunt, & inclinantes, os & pectus eius
osculantur, quid signant. fo. 34. b. &. 35. a.
Sacerdotū tam minorū q̄ principis sacerdotū legalia in
dumenta secundū historiam recensentur. fo. 10. b.
Sacramētū altaris quōd simul sit veritas & figura,
ostenditur. fo. 100. alias. 110. a.
Sacramētū, & res sacramenti, quorum tria notātū
discreta, describitur. ibidem. a. & b.
Sacramētū corporis & sanguinis quare sub specie pā
nis & vini constitutū fuerit, ostenditur. fo. 86. a. b.
Sacramētū cū corroditur, quid à mure comeditur. 95. a.
Sacramētū, quōd in tribus consistat, in rebus, factis,
& verbis. fo. 103. alias. 113. a. b.
Sacramētū altaris, quōd sit commemorationē more
Christi. Et cur vltimo loto Christus illud instituerit.
fo. 104. alias. 114. b.
Sacramētū quomodo dicatur actiū & passiū, ostē
ditur. fo. 103. alias. 113. a.

Sacramētū

INDEX

- Sacramenti Eucharistiae virtus & effectus ostenditur.
fo.106. alias.116.a.b.
- Sacrificium offerendi modus & ordo demonstratur. fo.60.b.
- Sacrificium altaris, quod toti Trinitati offeratur, ostenditur. fo.76.a.
- Sacrificium, quibus, pro quibus, qualiter, & quare offeratur. fo.72.3.b.
- Sacrificium altae, is quomodo septem vicibus cruce signatur, ostenditur. fo.119.b.
- Sacrificium quod Iovi Deo sit offerendum. fo.79.a.
- Sacrificij triplicis triplex panis, triplex vinum, & triplici aqua recensetur. fo.71.b. & .71.a.
- Sacrificij partes, quae fiunt de illo, quid significent. fo.141.b. & .142.a.
- Sacrificia ecclesiae tria in veteri testamento significata referuntur. fo.71.b.
- Salutatio, quae premititur Euangelio à Diacono, quid operatur. fo.54.a.
- Sanctificatio nominis patris in filiis quadrupliciter fieri ostenditur. fo.138.a.
- Sanctorum triplex commemoratione recensetur. fo.77.b.
- Sacerdoti secunda commemoratione refertur. fo.116. alias.116.b
- Sanctis quomodo communicemus ostenditur. fo.77.b.
- Sanguis Christi, qdupliciter intelligatur in remissionē peccatorum effusus, palam fit. fo.103. alias.113.b.
- Sanguis Christi, quare dicatur nouum testamentum ostenditur. fo.97. alias.107.a.
- Saxum ad ostium monumenti fuisse aduolutum quando in missa denotetur. fo.119.a.
- Secessus, aut vomitus si post solam Eucharistiae percussionem euenerit, unde accidisse credendum sit, ostenditur. fo.89. alias.99.a.

Senarius

ALPHABETICVS.

- Senarius numerus quare dicatur perfectus. fo.4.b.
- Sepultura Christi in qua parte missæ designet. fo.119. a.
- Seruitutis duæ species referuntur, Latria, & Dulia. 76.a.
- Sicuti, dictio qd similitudinē dicat, nō qualitatem in parte illa Canonis (sicuti accepta habere dignatus es mūnera Abel. &c.) ostenditur. fo.111. alias.111.b.
- Signum crucis quomodo sit exprimendum. fo.54.a.
- Signa tria, quae fiunt super oblatam & calicem referuntur, & quid denotent. fo.70.a.
- Signa quinq; , quae fiunt secundò super oblatam & calicem recensentur. Et de Christi vēditione, de persona venditoris, & venditi, & ementis. fo.80.a.b.
- Signa, quae tertio loco fiunt super oblatam & calicem, quid denotent. fo.109. alias.119.a.b.
- Signa quare post consecrationem fiunt super Eucharistiam. fo.110. alias.110.b.
- Signa, quae quarto loco fiunt super oblatam & calicem quid denotent, ostenditur. fo.113. alias.113.a.b.
- Signa, quae quinto loco fiunt super corpus & sanguinem, & in latere calicis, recensentur. Et quid denotent. fo.117. alias.117.b.
- Signa noui testamenti qd sint meliora, quam signa veteris testamenti, ostenditur. fo.102. alias.111.b. & .113.a.
- Signorum distinctio describitur. Et quomodo sacramentum actiuē & passiuē dicatur. fo.102. alias.111.b.
- Silentium à sacerdote post offertorium factum quid denotet. fo.59.a.
- Silentium post præfationem, quid signet. fo.68.b.
- Silentium quod fit post orationem dominicam quid inueniat. fo.139.b.
- Stola super utrumq; humerū sacerdotis quid designet. fo.9.a. & .21.b.
- Stola,

INDEX

Stola, quæ super amictum collo sacerdotis incumbit,
 quid significet. fo. 16.b.
 Subdiaconus, qui præcedit Pontificem, & euangelij co-
 dicem clauilem portat, quid denotet. fo. 32.b.
 Subdiaconus quo loãne Baptista representet. fo. 44.a.
 Subdiaconus, q. in eundo sequatur, & in redeundo pre-
 cedat, referens euangelium quid denotet. fo. 51.b.
 Subdiaconi cù Acolyto reverentia, quæ Episcopo post
 Epistolam exhibetur, quid insinuet. fo. 45.b. & 46.a.
 Subdiaconi quomodo Nathinorum vitam in eccles-
 ia representent. fo. 5.b.
 Subdiaconi ministeriū quale ostenditur. fo. 60.b. & 61.a.
 Superumerale, seu Ephod Pontificis, quid denotabat.
 fo. 11.b. & 13.a.
 Symbolum à quibus sit cantandum Romano Pontifi-
 ce celebrante. fo. 58.a.b.
 Symbolum quibus diebus sit in missa dicendum. fo. 57.a.
 Symbola tam apostolici quam Constatinopolitani duo
 decim partes referuntur. Et plura de duodenario nu-
 mero. fo. 56.a.b.

T.

T. Litera in principio canonis posita, quid denotet.
 fo. 69.b.
 Templum Pantheon à Phoca donatum ostenditur. fo.
 78.b.
 Tentatio interior & exterior recensentur. Et quomodo
 interior parum obficiat, & exterior multum profi-
 ciat, ostenditur. fo. 134.a.b.
 Tentationes diuerse, in quas petimus non induci, refes-
 runtur. Et de triplici tentatore, Deo videlicet, homi-
 nē, & diabolo. 134.a.
 Thuribuli forma describitur. Et de duplici causa thuri-
 ficandi,

ALPHABETICVS.

ficandi, spirituali & literali. fo. 37.b.
 Thurificatio altaris à Pontifice facta, & Episcopi à sac-
 cerdote, quid denotet. fo. 37.a.
 Tractus qui dicitur in missa, quid denotet. fo. 48.a.
 Traditione Christi triplex recensetur. fo. 70.a.
 Transubstantiatio qn̄ fiat, ostenditur. fo. 90. alias. 100.a.
 Transubstantiationis modus refertur. 91. alias. 101.b.
 Trinitas quid. fo. 66.a.
 Trinitas substantiarum, qud sit in una persona Chris-
 ti ostenditur. fo. 106. alias. 116.b. & 117.a.
 Trinitatis opera qud sint indiuisa. 70.b.
 Trinitatis vestigium, qud in creaturis reluceat, osten-
 ditur. fo. 65.b. & 66.a.
 Tunica, qua vtebatur Pontifex, quid signet. fo. 11.b. &
 22.a.
 Tunica poderis, quæ erat hyacinthini coloris in veteri
 sacerdotio, & cum tintinnabulis & malis purpura ab
 inferiori parte procedentibus, quid insinuat, osten-
 ditur. fo. 16.b. & 17.a.

V.

Eli scissio, quomodo per corporalis desuper calice
 remotionem innatur. fo. 129.a.
 Verborum sacramentalium, Hoc est corpus meū, quan-
 ta sit virginitas, ostenditur. fo. 91.b.
 Veritas corporis & sanguinis Iub. specie panis & vini in
 prolatione verborum sacramentalium, Hoc est cor-
 pus meū, ostenditur. ibidem.
 Versus, qui ponitur interbis. Alleluia, quid designet. fo.
 48.a. Et de tripli lingua tripartite fitate. fo. 48.b.
 Vestigium trinitatis quod in creatoris reluceat, osten-
 ditur. fo. 65.b. & 66.a.
 Vester et angelici sacerdotis quid integrum deligent,
 &

I N D E X

- & figurent in membris, ostenditur. fo. 15.a.
Virginitatiq; martyriū præferatur, ostēditur. fo. 18.a.
Virtus, & effēctus sacramenti Eucharistiae refertur. fo. 106.alia. 116.a.b.
Viñorum nomina in quo loco recitari debeant in missa
ostenditur. fo. 74.a.
Vn&io manū presbyteri ab epo, quid denotet. fo. 8.b.
Uñiones tres esse in Ch̄o, & quę sint, ostenditur. fo. 37.b
Z.
Zona, seu Baltheus sacerdotis qd significet. fo. 11.b.
Zona, Cingulum, & Succinctorium, quid denotet.
fo. 16.a.

¶ Finis Indicis.

Erratula quæ in hoc opere
fefellerunt, castigata per
licēiatū Ludouicū
Hurtado.

En la foja. 27. ibi: in resurrectione. comience coa
L grande con punto atras para que se entienda.
En la fo. 33. in verb. à secretario, alias à sacrario.
en dos partes. & ibi in mundum. alias cum in mun
dum. En la fo. 40. ibi collocantur. alias collocatur.
En la fo. 66. in verb. processione. falta la.p. En la
fo. 138. in verb. binc. alias hic. En la fo. 142. ibi. post
alias potest. Et in margine ibi. numero. i. alias nu
me. ii. En Madrid a 3. de Noviembre. de. 1565. aña.
Domingo de Gauala. Licenciado Luis Hurtado.